

100

Ursprung. Schrift

as

ms

U. q. 76



7
DISPUTATIO
DE DVARVM
NATVRARVM CHRISTI VNIO-
NE PERSONALI, EIUSQUE
EFFECTIS

Opposita
*Nestorianorum & Eutychianorum veterum
& recentium erroribus.*

Cujus positiones, divina adjuvante gratia
Praeside,

DAVIDE RVNGIO, SA-
CRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE
& Professore in Academia Witeber-
genfi, defendet.

M. JOHANNES HUSVVEDELIUS,
Hamburgensis.

Die 28. Novemb. hora & loco consuetis.



WITEBERGAE,
Apud Paulum Helvvigium Bibl.
Anno M. DC.

6.9.

DE DAVARVM

NATURARVM CHRISTI VNIO

NE RATIONALI SINGULI

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

DAVIDE RAVNGIO, SA

CAUSAE THEOLOGICAE DOCTOR

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS

OPUS



AMPLISSIMIS VIRIS, PRU-
DENTIA, PIETATE ET DOCTRINA
præstantissimis, Dnn. Consulibus, Syndico &
Senatoribus, celeberrimi Emporij Hambur-
gensis, Dominis & fautoribus suis
reverenter colendis.

Non dubium est, Viri prudentissimi, assi-
duis concertationibus de religione plurimorum animos ve-
hementer percelli, & pro ingeniorum affectuumve diversi-
tate varia iudicia multorum excitari. Sunt enim homines minimè ma-
li, qui pacem constituendam in Ecclesia, & in simplici traditione do-
ctrinæ acquiescendum censent. Qui hoc animo sunt, id ipsum pios omnes
in optatis habere, sibi persuasissimum habeant. Verùm quoties non in
triumphante Ecclesia beatorum, sed in militante congregatione vive-
re nos recordamur, toties meminisse debemus, nos id, quod in illa æ-
terna quiete speramus, fide sola & spe nunc apprehendere. Neq; enim
bellum hoc sacrum induciis finiri, vel pactis conventis terminari, vel
pace componi potest: Capitale est inter Christum & Serpentem anti-
quum odium: Nulla hinc conciliatio speranda. Non desunt qui institu-
tum hoc disputandi de religione per omnia improbant, quique conten-
tionem spiritus Sancti cum ἑτεροδοξίας, veluti Homericam
pugnam ranarum cum muribus falsè irrident. Hi nimirum sunt homi-
nes amplissima religionis, cujus duo summa capita sunt, Credere in
omnes Deos, & credere in nullum Deum. Sunt alij equiores, qui ne
nihil videantur sapere, non rem ipsam, sed modum agendi vituperant;
Dum aut vehementius tractari adversarios dicitant, quàm par erat,
aut finem huic rei nullum statui. Homines profectò delicati, qui tanta
misericordia erga Diabolum ejusq; servos afficiuntur, ut in quos nihil
tam potest dici atrociter, id malitia eorum quin superet, eosdem mollè
brachio & quasi muscario demulcendos arbitrentur. Næ illi à Christi
Prophetarum & Apostolorum iudicio & praxi longè discedunt. Nam
quod silentio eorum, qui veritatem tuentur, controversias finitum iri
sperant, tota errant via. Sanè inter eos, qui in asserenda ὀρθοδοξία
desudant, qui non ocio frui & jucundioribus studiis occupari, quàm in

Meritoribus Satanæ evahendis exerceri malit, arbitror esse neminem. Verùm non decet in suspitione hæreseos quæquam esse patientem; Et oborta contentione de doctrina, ministri verb. silentiũ, vel assensionis est argumentum, vel erroris confessio, vel metus significatio, vel neglecti officij & desertæ veritatis indicium. Si tacuisti, fugisti, inquit Augustinus, qui multos fugere animo & stare corpore, alibi affirmat. Quare si fieri non potest, ut vel moriatur vel quiescat Satanæ, non calumnijs premendi, sed precibus adjuvandi sunt, qui in mendacijs fraudibusq; hæreticorum detegendis Ecclesiæ Christianæ operam fidelem navare conantur. At satis multa de omnibus controversis capitibus scripta sunt? Fateor non tantum satis, sed nimium esse scriptum, ut quid primum, quid postremum legi debeat, dijudicari vix possit. Præstabat sanè paucos & bonos libros extare, & legi à multis, quàm multos ineptos scribi à multis, & legi à paucis. Veruntamen satius est in hanc peccare partem, quàm amore otij veritatem prostituere hæreticis, quibus Satana instigante, quietis esse non licet: Nam ut olim Comici fabulas Græcas in Latinum sermonem conversas planè pro novis venditabant: Ita Satanæ hæreses antiquas atq; obsoletas ostentat tanquam novas: Atque hoc seculo ex Græcis malis, Latinas, Germanicas & Gallicas facit non bonas, Easq; quotidiana novarum inventionum accessione reddit auctiores, intricatiores, plausibiliores. Hic qui satis esse dicunt veteres voce & scripto contravenisse, quicq; si idem faciunt novi, reprehendunt: Idem faciunt Cyrillo teste, ac si quis dicat, non esse necesse, ut qui nunc gregei adsunt canes venientem lupum latratu prodant, quia qui olim adfuere, latrarunt satis. Nihil potest hac censura fingi ineptius, nihil magis impium, si consideretur, quàm sit iniquum, in certamine de Veritate non minus Christo Salvatore & spiritui sancto, quàm Diabolo silentium imponi. Nam ut plantata & constituta non est humanis consilijs Christi Ecclesia, ita quoq; eisdem non rectè aut salubriter regi potest.

Quare cum mihi quoq; vocatio Scholastica has de religione disputandi partes imponeret, eisdem hoc tempore exercere volui juvenem eruditum, civem vestrum M. Iohannem Husnedelium, quem hoc ipso vobis viri prudentissimi juvandũ, ornandumq; sisto. Ita enim in studiorum cursu apud nos versatur, ut si providentiæ divinæ visum fuerit, ad patriæ potissimum utilitatem talentum suum transferre, atque à Deo Vestraq; benevolentia laborum fructum expectare decreverit, quem ut in vestram clientelam ac fidem suscipiatis etiam atq; etiam oro. Valete.
Vitebergæ 1. Novemb. 1607.

David Rungius.

THESES.

I.

Dest Arij & Macedonij certamina, de quibus actum disputationibus duabus præcedentibus, temporis & rerum in Ecclesia gestarum series deducit nos ad controversiam de duarum in Christo naturarum unione personali, quam Nestorius nuda $\chi\epsilon\iota\sigma\varsigma$ vel $\pi\alpha\rho\alpha\varsigma\acute{\alpha}\sigma\varsigma$ naturarum ad se invicem; Eutyches confusione, commixtione, aut alterius naturæ abolitione definiendam esse, docuit. Ordinis ratio.

II.

Arduam hanc quæstionem oppositis inter se hæreticorum opinionibus, disputatione præsentis summarim complectemur, cum contrariæ sententiæ se invicem illustrantes una eademque opera explicari, & monstrata regia veritatis via, utrinque præcipitiam notari & declinari possint.

III.

Primò igitur de Nestorianismi & Eutychanismi origine, progressu & continuatione, & de statu controversiæ acturi sumus: Secundò, Orthodoxam Ecclesiæ sententiam de duarum in Christo naturarum unione hypostatica, & cõmunionem reali $\sigma\omega\tau\acute{o}\mu\omega\varsigma$ explicabimus: Simulque antitheseos impietatem detegemus.

PRIMA PARS.

De Nestorianismi Origine & progressu, & de vero statu controversiæ.

IV.

Nestorius præbyter Antiochenus, vocatus ad archiepiscopatum Constantinopolitanum ab Imperatore Theodosio juniore, cum in prima inauguratione insolentiæ specimen edidisset, prolata Thrasonica voce: Da mihi ò Imperator terram ab hæreticis liberam, Et ego tibi cœlum reddam: Tu mihi hæreticos extirpa, Et ego tibi Persis delendis adero: Tandem Deo superbiam vindicante novæ hæreseos autor extitit: Propositionem

Anno 428
10. April.
Socrates
lib. 7. c. 29.
„ Tripar.
„ 1. 12. c. 4.
„ Nestorij
„ superba
vox.

enim à presbytero Anastasio in publica homilia usurpatã, Nemo Mariam θεοτόκον appellet, & meritò reprehensam à Clericis, cum corrigere debuisset, in initio excusare, paulo post palam tueri, & contrariam reijcere ausus fuit.

V.

Cumq; inde orta inter Clericos Constantinopolitanos contentio concionibus, scriptis & multorum sermonibus agitaretur, & Nestorius volens τὴν ῥῆσιν φυλάττειν, absurditatem unam pluribus alijs cumularet, & virus hoc instar gangrænæ in Ægyptum & Africam citò pertransiret, divinitus excitatus ad veritatis defensionem Cyrillus archiepiscopus Alexandrinus, Monachos Ægyptios, ab hoc errore sibi ut caverent, diligenter monuit, & aliquot epistolis amicè scriptis Nestorium in viam revocare est conatus,

2. Tím. 2.
17.
Nicephor.
l. 14. c. 32.

VI.

Sed re ipsa expertus est verum esse vetus illud, Superbæ naturæ, quò magis demulcentur, eò fiunt insolentiores; Nestorius enim lanis admonitionibus locum nullum relinquens, Cyrilum calumnijs in aula Imperatoris deformabat, anathema denuncians omnibus Mariam θεοτόκον appellantes: Quare Cyrillus motus periculo Ecclesiæ magis quàm suo, coacta Synodo provinciali Alexandriae, impias Nestorij propositiones damnat, & Synodi sententiam prescribit ad Imperatorem Theodosium & ad Cœlestinum Episcopum Romanum, qui in Synodo provinciali Romæ Nestorij errorem similiter damnat.

Mutua E-
piscoporu
condemna-
tiones.

VII.

Turbatæ orbis Christiani tranquillitati consulere volens Imperator Theodosius, concilium generale tertium convocavit, quod Ephesiano Christi 431. circa Pentecosten inchoatum est, convenientibus ducentis triginta Episcopis, ex oriente & occidente, referente Nicephoro. Nestorium turbulentum & cum magna potentia advenisse Socrates affirmat.

Socra. lib.
7 cap. 34.
Euagr. lib.
1. cap. 3.
Cyril. 210.
Episcopos
numerat.

VIII.

Acta res est in Synodo varijs contentionibus, mutuisque condemnationibus, præsertim ob Iohannis Antiocheni superbas molitiones, qui ut ægrè Cyrillo faceret, quasdam illius propositiones

Exitus Cõ-
cilij Ephe-
sini & Ne-
storij.

fitiones vituperans, Nestorium defendebat: Tandem tamen
Imperator, qui haftenus criminationibus Nestorianorum cir-
cumventus, Cyrillo iniquior fuerat, eumque unà cum Nestorio
& Memnone Episcopo Ephelino dignitate Episcopali spoliari
voluerat, rectius edoctus, acta Synodi confirmat, Nestorium
in Oasi exulare jubet, ubi de loco in locum protractus à militi-
bus, tandem lingua à vermibus arrosa miserabili exitu vitam
finivit.

IX,

Non tamen cum autore ipso extincta est Nestorij hære- Hæreseos
sis: Circa tempora enim Iustiniani Imperatoris, quidam libros Nestoria-
& scripta Nestorianorum, imprimis Theodori Mopsuesteni & næ conti-
Ibæ manifestè defenderunt, docentes alium esse Deum Verbum,
alium Christum Mariæ filium, contra quos Constantinopolita-
na Synodus, quæ Oecumenica quinta vulgò appellatur, co-
acta est ab Imperatore Iustiniano, in qua hæc soboles Nesto-
rij denuò ex Ecclesiæ agro proscripita, & Theodorus post mor-
tem, publico Ecclesiæ iudicio damnatus, simul etiam Origenis
errores notati, & Theodoretæ Nestorianæ locutiones rejectæ
sunt.

Anno Do-
mini 552.
Evagrius
l. 4. c. 31.

X,

Fuerunt etiam Agnoëtæ Nestorij asseclæ, circa eadem
tempora, negantes Christū esse sapientiam Patris & scire omnia:
Hos Ariana, Nestoriana & Eutyriana deliria mirabili quodam
temperamento miscuisse, & imprimis Christi, secundum huma-
nam naturam, omniscientiam impugnasse, historiæ Ecclesiasticæ
autores referunt.

Gregorius
lib. 8. Epi-
stol. 42.
Niceph. I.
18. cap. 50.
Damasc. in
catal. hære.
Liberatus
cap. 19.

XI.

Etsi autem pij Imperatores & Episcopi in se nihil dili-
gentiæ, aut operæ desiderari passi sunt, quod ad Nesto-
rianæ impietatis radicem extripandam faceret, perpetuò ta-
men in Oriente semina Nestorianismi in quibusdam Ec-
clesijs hæserunt, quæ prodire in publicum consensus uni-
versæ Ecclesiæ ueruit. In Occidentali verò Ecclesia Felix &
Elipandus Hispanici Episcopi circa annum Domini 792.
publicè professi sunt Nestorianum dogma, Quod Christus

Ammonius
l. 4. c. 84.
Paulinus
Aquileiensis
secun-
sus.

secundum humanitatem non proprius & naturalis, sed adoptivus & nuncupativus filius Dei sit.

XII.

Haymo super Evangel. 3. serm. Penitencost. Borerus l. 2. cosmog.

Quin etiam aliquot seculis post, circa annum Domini 1120. Nestorianos in Oriente, in terra sancta, in Arabia & India inter Saracenos fuisse, Scriptores testantur: Et in hodiernum usq; diem Euronotum versus inter extremas Tartarorum sedes, reliquias Nestorianismi reperiri historici memorant.

XIII.

Lib de Concilijs Tom 7. Ioh. germ. pag. 265. In ultim. confess de cœna Domini Tom. 8 Ioh pag. 198. b.

Sed quid opus est apud extremos Indos & Garamantas hujus veneni semina inquirere, cum eam in medijs Ecclesiæ visceribus, inq; ipso dulcissimæ patriæ Germaniæ sinu hoc tempore hæerere res ipsa loquatur. Dixit olim Beatus Lutherus & verè, Inter Papistas multos esse Nestorianos, idq; patefactum iri, ubi disputatio de Christi Persona & Idiomatum communicatione mora fuerit, Infelix enim Papæ foetus, Iesuitæ, & horum, hoc in negotio, parastatæ Calviniani, Nestorianismi plurima capita paululum mutatis verbis, maximo applausu publicè venditant & tuentur.

XIV.

De statu Nestorianismi. I. Opinio. Epistola Acacii quæ inter Cyrilli Epistolæ est 16. Lib. 7. c. 32.

Hoc ita se habere ex ipso controversiæ statu liquidò patebit, de quo discrepantes Theologorum sunt sententiæ. Fuerunt olim tum inter aulicos Theodosij Imperatoris, tum inter Episcopos quosdam non postremi nominis, quorum Princeps fuit Acacius Beroënsis, Cyrilli amicus, clam Nestorio favens, qui controversiam inter Cyrillum & Nestorium dicerent esse meram *λογομαχίαν*: Et Socrates, excusans Nestorium de hæresi Photiniana, ipsum *sulam locutionem Deiparæ*, veluti insolitam, ex mera inscitia repudiasse dicitur: Acacius ait, Nestorium nihil habere in intellectu, quod Apostolicæ fidei adversetur.

XV.

Epistola I. 8. 14. & c.

Calumniam hanc de *λογομαχία*, graviter diluit Cyrillus aliquot Epistolis: Et rei explicatio deinceps ejus cavillationis vanitatem aperiet. Neq; verisimile est, paucorum Clericorum *λογομαχίαν* totum terrarum orbem ita commovere potuisse, ut non nisi per Concilium Oecumenicum medicina huic Ecclesiæ morbo adferri potuerit.

Suidas

XVI.

Suidas Nestorium Germaniciæ oppido Syriæ ex Pauli Sa-
mosateni stirpe ortum, dogma illius in proscenium reduxisse re-
fert. Idem de Nestorio Theodoretus presbyter Rhetensis affir-
mat, Liberatus archidiaconus Ecclesiæ Carthaginensis, & Philip-
pus in eandem inclinant sententiam.

2. Opinio.

Breviarij
cap. 1.

Lib. 3. Chro.

XVII.

Finxit autem Samosatenus Christum fuisse *ἑνὸν ἄνθρωπον*, & fuisse in eo duas naturas separatim subsistentes, *καὶ πάντα*
πᾶσι κοινωνήσας πρὸς ἑαυτὸς, hoc est, nullam omnino commu-
nionem inter se habentes, ita ut alius sit Christus, alius Deus *ὁ λό-*
γος, In Christo non aliter, atq; in alijs Prophetis habitans, ser-
vatis donorum gradibus.

Suidas in

Pauli nomi-

ne.

XVIII.

Etsi autem quoad *τρόπον ἐνώσεως*, Nestorij blasphemia
Samosateni delirij cognata fuit: Tamen non fuisse hunc verum
controversiæ statum, prolixè probat Socrates, ostendens Nesto-
rium tres in Deitatis essentia *ὑπὸς ἄσφρα*, quas Samosatenus nega-
bat, credidisse, & contra Arianos ac Macedonianos constanter
asseruisse, soliusq; *τὸν λόγον* & non Patris aut Spiritus Sancti in-
carnationem docuisse.

Lib. 7. c. 32.

XIX.

Theodoretus Cyri Episcopus, vir multis lucubrationibus
de Ecclesia præclare meritis, cum staret à partibus Iohannis An-
tiocheni & Nestorij, ita illius tutatus est sententiam, quasi non de
Personæ Christi unitate, sed de naturarum proprietatibus, ea-
rumq; discrimine mota esset contentio. Existimavit enim, teste
Liberato, Cyrillum immoderatè occurrentem Nestorio, in here-
sin Apollinaris incidisse.

3. Opinio.

Vide acta

Concil. Oe-

umenici

Sexti Cōst. à

tinopolitani.

cap. 4. brev.

XX.

Ideo tres Cyrillo & orthodoxis errores tribuit, 1. quod
asserant divinæ naturæ mutabilitatem dicendo, Mariam esse *θεο-*
τόκον, 2. quod statuam duarum naturarum in Christo *σὺγχυσιν*,
3. quod divinæ essentia, quæ *ἀπαθὴς* est, tribuant *παθήματα* hu-
mana, Rejicit quoq; propositionem Patrum & Cyrilli, Deus est
passus *ἀπαθῶς*.

Calumniæ

Theodoreti

in Orthodo-

xos.

in Dial. edit.

græca Romæ

fol. 64.

XXI.

Ex quibus liquet Theodoretum aut non rectè assecutum
esse,

B

esse,



Theodoret
conversio.
Sess. 8.

esse, aut partium studio, vel errore fascinatum, depravasse contra
troverſiæ Nestorianæ ſtatum, quæ non erat mota de naturarum
discrimine & veritate, quâ neutra pars impugnabat, ſed de $\nu\pi\omicron\sigma\acute{\alpha}\nu\epsilon\omega\varsigma$
unitate, & unionis personalis vera noſione ac proprijs effe-
ctis. Idem autem Theodoretus poſtea rectius informatus, Nello-
rianismo abdicato in caſtra orthodoxorum tranſijt, & publicè
reſtitutus eſt in integrum, in concilio Chalcedonenſi,

XXII.

4. Opinio.
De cõmuni
catione idio-
matum ver-
bali.

Calvinianorum pleriq; affirmant Nestorium negaſſe com-
municationem Idiomatum: Hanc ipſi de uſitatis in Eccleſia lo-
quendi formis, phraſibus aut prædicationibus tantum intelli-
gunt, & Nestorium ideò damnatum docent, quod hæc phraſes;
Deus eſt natus ex virgine, paſſus, mortuus & ſepultus admittere
noluerit.

XXIII.

At non concedent ipſis Cyrillus & Concilij Ephelini Pa-
tres, diſputatum fuiſſe in univerſali orbis conſeſſu de ſolis phraſi-
bus, & contentionem omnem tolli potuiſſe, ſi Nestorius phraſes
orthodoxorum recepſſet, retinendo interim ſenſum dogmatis
ſui. Erat quidem ambitioſus, vaſer & crudelis Nestorius, ſed ta-
men ea erat ingenuitate, ut phraſin non judicaret uſurpandam,
cujus ſenſum reipſa verum non eſſe ſtatuebat.

XXIV.

Calviniani
phraſes reti-
nent ſine re-
bus.

Niceph. lib.
14. cap 35.

Calviniani autem negantes omnem realem idiomatum $\kappa\omicron\iota\iota\sigma\iota\omega\upsilon$
phraſes retinent ſine mente, hoc ipſo deteriores ſunt
præceptore ſuo Nestorio, vel certè imitantur eum jam convictum
& ſententijs Synodi damnatum. Cum enim ſe præſidijs aulae,
quibus aliquandiu uſus fuerat, penitus deſtitutum, Imperiali de-
creto ab Episcopatu dejectum, & Iohannis Antiocheni patroci-
nio exutum animadverteret, exclamaſſe ſcribitur: *Dicatur ſanctæ
Maria Deipara, & contentiones tristes facessant.*

Hic ſi contentio fuiſſet de ſolis phraſibus, utiq; his conceſ-
ſis Nestorius fuiſſet reſtitutus, vel ſaltem anathematis vinculo
ſolutus, quod tamen factum non eſt, cum nemo crederet Nello-
rium verè atq; ex animi ſententia locutum eſſe.

XXV.

Præterea ſi de ſola phraſium uſurpatione diſputatum fuit,
utiq;

utiq; immeritò Nestorius fuit hæreseos condemnatus, cum hæ- *Hæresis non*
resis non sit in verbis, sed in sentu: schismaticus igitur fuisset Ne- *est in solis*
storius, non hæreticus: At contrarium universa Ecclesia, Conci- *phrasibus.*
lium Ephesinum, acta deniq; ipsa, & dogmata testantur.

XXVI.

Alij igitur ex isto grege absurditatem hanc effugere volen-
tes, fingunt Nestorium docuisse duas in Christo personas, per se
subsistentes,

XXVII.

Etsi autem huc tandem recidisse controversiam Nestoria-
nam, videlicet ad personarum dualitatem, non inficiamur: Hunc
tamen fuisse statum disputationis: An in Christo duæ sint perso-
næ separatim subsistentes, negavit Nestorius, negarunt quotquot
ab ipsius fuere partibus.

s. Opinio.

XXVIII.

Ita enim Nestorius ipse inquit in Epistola ad Cyrillum,
quæ extat inter Epistolas Cyrilli: Paulus, quoniam mortis erat
facturus mentionem, ne Deum λόγον passibilem quisquam ex eo
suspicaretur, Christi nomen ponit, tanquam appellationem utrius-
que, tum impassibilis, tum passibilis essentiae, *in unica persona si-*
gnificationem habentem, ut Christus, & impassibilis & passibilis
citra periculum intelligatur, impassibilis propter divinitatis,
passibilis propter corporis naturam.

Nestorius nō
“ nā perso-
“ nā confi-
“ tetur.
“ Tom. 4o
“ operū Cy-
rilli pag. 25.
Epistola 9.
Vna persona

XXIX.

In eadem Epistola verbis mox sequentibus verè orthodo-
xam nominat doctrinam Cyrilli, qua duæ in Christo naturæ, &
harum in unam personam conjunctio prædicatur.

XXX.

Adjecta sunt ad calcem tomi quarti operum Cyrilli fra-
gmenta quædam Nestorij, in quibus inter alia liberaliter conce-
dit unum tantum filium esse Dei & hominis Christum Iesum: quem-
admodum etiam in Epistola ad Cyrillum, unicam statuit in Chri-
sto filiationem.

Vnus filius.
Quaternione
16.
Vna filiatio.

XXXI.

Ex his patet, si ex propria confessione, secundum ver-
borum sonum judicari debuisset Nestorius, ipsum non nisi u-
nam personam, unumque filium in Christo affirmantem, indignè

Idem faciunt latum fuisse, si de personarum dualitate fuisset accusatus, cum
hodie Calvini. semper ingeminarit verba, se unum tantum in Christo filium, u-
niani. nam personam, unam filiationem agnoscere & confiteri.

XXXII.

Verum non obstantibus his plausibilibus locutionibus, de
unitate personæ & filiationis, Patres Ephesini ex vitiosa unionis
personalis duarum naturarum, & eorum quæ ex ea oriuntur, de-
scriptione rectè concluderunt, Nestorium verè duas in Christo
statuere personas.

XXXIII.

Verus status
cōtroversie
Nestoriana. Cum igitur utraq; pars titulum & nomen hypostaticæ u-
nionis retineret sensu discrepante disputatum fuit potissimum
de his capitibus: Primò de vera definitione personalis unionis.

XXXIV.

1. Unio Nestorij & sectatorum illius opinio fuit, personalem unio-
nem duarum naturarum in Christo definiendam esse, primò per
Ter inhabi- nem inseparabilem $\mu\epsilon\tau\alpha\delta\omicron\sigma\iota\alpha\mu$ vel $\mu\epsilon\tau\alpha\acute{\alpha}\sigma\alpha\sigma\iota\mu$, & inhabitationem $\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$
tationem & inseparabilem $\mu\epsilon\tau\alpha\delta\omicron\sigma\iota\alpha\mu$ vel $\mu\epsilon\tau\alpha\acute{\alpha}\sigma\alpha\sigma\iota\mu$, & inhabitationem $\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$
gestationem. $\gamma\omicron\varsigma$ in natura assumta, quam concreta appellatione filium homi-
Cyrillus de nis, vel filium Mariæ $\delta\iota\omicron\phi\omicron\rho\rho\omicron\varsigma$ appellabat. Unionem personalem
Incar. c. 28. definiēbat voce *gestandi*, ut patet ex ipsius verbis, *propter eum, quē
gestat, adoro eum qui gestatur.*

XXXV.

2. Unio Deinde per communionem nominis, quo filium Mariæ cen-
Per æquivo- sebat rectè appellari posse filium Dei propter eum, qui ei iunctus
cationem. est: Ideo non esse duos filios aut Dominos, sed una communi
notione unius filij Christum prædicandum esse.

XXXVI.

3. Unio Tertiò per communionem operationis: Quia enim senti-
Per opera- tiebat $\tau\omicron\mu$ $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$, tanquam per animatum organum, in Christo
tionem. Mariæ filio operatum fuisse omnia, ob hoc ipsum arbitrabatur $\tau\omicron\mu$
Anath. 7. 9. $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ & Iesum Mariæ filium rectè unam personam vocari posse.

XXXVII.

4. Unio Quartò per communionem honoris: Nam ut illius verba
Per honorē. paulò ante recitata habent, fatebatur se adorare eum qui gestatur,
Quaternione videlicet, filium virginis, propter eum qui gestat.

16. cōf. Nest. XXXVIII.

5. Unio Quintò, per communionem affectus, quia voluntas filij Ma-
Per affectū. riæ & hominis Christi semper cōformis fuerit voluntati $\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$.

Ex

XXXIX.

Ex hac descriptione vitiosa unionis personalis non potuit non emanare corruptela doctrinae de idiomatum communicatione: Noluit enim divina idiomata de Christo homine, aut humana de Deo Verbo realiter, hoc est, in rei veritate praedicari debere: Sed tantum divina Deo, humana homini competere sensit.

Alterum caput Nestorianismi. Anathem. 4.

XL.

Hoc caput erroris Cyrillus sic proponit, quod Nestorius eas voces, quae in Apostolicis scriptis continentur, vel quae de Christo dicuntur, a Sanctis vel ab ipso, dividat in duabus personis & aliquas quidem ex his velut homini, qui praeter Dei verbum specialiter intelligatur, aptet, illas vero tanquam dignas Deo, soli Dei Patris Verbo deputer.

Anathem. 4.

XLI.

Ex his erroribus natae sunt impiae Nestorij propositiones, Catalogus partim affirmativae, partim negativae, anathematismis Cyrilli & Concilij Ephelini damnatae: Maria non est Dei genetrix: Emanuel vel Christus non est veraciter Deus: Is qui bimestris aut trimestris factus est, non est Deus: Filius Mariae gestatur & sustentatur a filio Dei: Alius est Christus, alius Dei verbum: Homo Christus est θεοφός: ὁ λόγος est Deus & Dominus Christi: Caro Christi conjuncta est Deo per dignitatem aut divinam habitationem: Deus non est passus, crucifixus, mortuus, neq; factus primogenitus ex mortuis: Noli gloriari in dae, non Deum sed hominem crucifixisti.

Anathem. 2. Cyrilli.

XLII.

Tertium caput Nestorianismi agit de operatione Christi 3. Error de Dei & hominis: Docuit enim Nestorius, Iesum tanquam hominem a Deo verbo habuisse operandi vim & gloriam unigeniti: Item Iesum glorificatum a Spiritu, ab ipso tanquam aliena virtute accepisse facultatem agendi contra immundos Spiritus, & faciendi miracula.

Anathem. 7. Anathem. 9.

XLIII.

Quartus error Nestorij fuit de vivificandi virtute, quam ille penitus carni Christi ademptam, soli Deo verbo attribuebat: Quia nimirum carnem assumptam non credebat esse propriam vitam verbi assumptis.

4. De vivificatione. Anathe. 11.

XLIV.

Quintum caput Nestorianismi fuit, de cultu adorationis.

B 3

5. Nesto Deadoratione.



Anathem. 8. Nestorius enim in alijs hujus myſterij capitibus in defectu peccans, & humanæ naturæ Chriſti τὰ θεῶα, & λόγῳ τὰ ἀνθρώπινα incarnationis reſpectu detrahens, in quæſtione de adoratione Chriſti in exceſſu peccavit, tribuens cultum λατρείας Ieſu Mariæ filio, quem verum Deum eſſe non credebat: Ideo frequenter uſurpabat phraſin coadorandi & conglorificandi.

XLV.

6. De officio Mediatoris. Sextum caput Neſtorianiſmi complectitur officium ſacerdotale Chriſti, ejuſq; exercitium in oblatione ſacrificij in cruce.

XLVI.

Neſtorius enim ut ex anathematismis Cyrilli & deſenſionibus Orientalium ac Theodoretī patet, negabat τὸν λόγον eſſe Pontificem & Apoſtolum conſeſſionis noſtræ: Atq; ſic mediatoris officium tantummodò Chriſto homini competere ſentiebat.

XLVII.

Anathem. 10 Imò ex eadem antitheſi Ephēſini concilij & Beati Cyrilli conjeſturam capere licet, Neſtorium inter reliqua etiam hoc affirmari: Ieſum Mariæ filium etiam pro ſeiſo obtuliſſe ſacrificium Deo. Hanc enim propoſitionem in Neſtorio, anathemate feriunt ſancti Patres.

XLVIII.

Cōclusiones Concilij Ephēſini Ex hiſ principalibus capitibus errorum Neſtorij patres Ephēſini Concilij rectè concluderunt,

Contra Neſtorium. 1. Neſtorium ore quidem & verbotenus unionem κατὰ φύσιν αὐτῶν οὐκ ὀμνῶν fateri, revera tamen eam negare & evertere.

2. Chriſtum in duas perſonas dividere & diſſolvere, divinam & humanam.

3. Humanæ naturæ propriam ſubſiſtentiam à λόγῳ diſtinctam effingere.

4. Eidem naturæ aſſumptæ divinam vivificandi ἐνεργεῖαν adimere.

Vide Anathematis 5. Idolatram eſſe, & ἀνθρώπου λατρεῖν, adorantem eum, qui non eſt Deus.

mos Cyril. 6. Divinas operationes creaturæ extra λόγῳ hypoſtaſin ſubſiſtenti aſſcribere.

7. Sacrificium Chriſti in cruce peractum, & opus redemptionis noſtræ penitus evertere.

XLIX.

Hæc de antiquo illo Neſtorio ejuſq; erroribus & ſectatoribus

ribus dicta, conferantur cum novis semineſtorianis noſtri ſeculi, Collatio ve-
leſuitis inquam & Calviniſtis, qui in eiſdem capitibus, de unioneterū & recē-
perſonali & communicatione idiomatum à recta veritatis via tium Neſto-
declinant. rianorum.

L.

Unionem perſonalem ſic definiunt, quod ὁ λόγος geſtet & Pezelius r.
ſuſtentet humanā naturam, ne redigatur in nihilū, atq; hanc di- part. obj. p.
cunt eſſe differentiam ſpecificam unionis perſonaliſ, quod natura 177. 178.
aſſumpta a toto & ſolo λόγος geſtatur & ſuſtentatur. 179.

L I.

Docent τὸν λόγον ita eſſe incarnatum, ut uno in loco, quem pa. 79. 259.
caro aſſumpta naturaliter occupat, in ea habitet, in alijs infinitis Pez Impoſt.
τὸν λόγον eſſe extra carnem. pag. 30.

L II.

In propoſitionibus; Homo eſt omnipotens, Deus eſt paſſus Zuinglius.
& ſimilibus, ſubjecta per ἀλλοίωσις explicant, hoc modo: Homo Beza in Reſp.
eſt omnipotens, id eſt Deitas humanitati unita eſt omnipotens, ad coll. Mō-
Deus eſt paſſus, hoc eſt, caro Deitati unita eſt paſſa. Caro eſt vivi pelg. p. 18.
fica, hoc eſt, divinitas carni unita eſt vivifica. Et in hiſce propoſi. Dan. cont.
tionibus dicunt eſſe communicationem idiomatum verbalem, Chem. p. 304
ſine ullis rebus.

L III.

Carni aſſumptæ in ipſa unionem cum λόγος & reſpectu eiſdem, Buſæus theſ.
vim atq; efficaciam divinæ ſapientiæ & operationis nec re nec 30 cont. diſp.
nomine communicari docent. Atq; ex hoc falſo præſuppoſito a- VViteb.
dimunt eidem divinam vivificandi virtutem; Et humanā Chri- Danæg cont.
ſti naturam in executione officij mediatoris, & efficaci applica- Chem. pag.
tione beneficiorum ſpiritualiū, omni operatione penitūs exuunt. 305. 401.

L IV.

Negant carnem Chriſti in hypoſtaſi λόγος veræ adoratio. Dan. cont.
nis objectum eſſe, & qui ad carnem in hypoſtaſi λόγος confidera- Chem. p. 417
tam una indiviſa actione preces dirigit, eum docent maledictum
eſſe ex ipſius Dei ore.

L V.

Denique eam partem Neſtorianæ hæreſeos, qua ὁ λόγος Franciſci
negatur fuiſſe Pontifex & apoſtolus confeſionis noſtræ, ſeculo Stancari
hoc infelici renovavit Franciſcus Stancarus, fingens Chriſtum Mantuanū
ſecundum ſolam humanam naturam noſtrum eſſe mediatorem. error.
In

LVI.

*Indici. de
lib. Conc.
pag. 285. e-
dit. Colon.
Et lib. 5. de
Christo
Anath. 10.
Cyrill.*

In eodem luto hæret Iesuita Bellarminus, qui nostras Ec-
clesias erroris accusat eò, quod credunt, Christum esse mediato-
rem & Pontificem nostrum secundum utramq; naturam: Ex
quo rectè concluditur Iesuitas credere, quod ὁ λόγος non sit
Pontifex & Apostolus confessionis nostræ, quod in Nestorio o-
lim damnavit Synodus Ephesina.

*De Eutychnianismi origine, progressu &
continuatione, & de controver-
sia statu.*

LVII.

*Nestorius in
defectu, Eu-
tyches in ex-
cessu pecca-
vit in defini-
enda unione.*

Post ejectum ex Ecclesia Constantinopolitana Nestorium
& sopitam quodammodò ipsius disputationem, Satanas
Christi perpetuus hostis, alium produxit in scenam sectari-
um, qui Nestorianam naturarum in Christo divulsionem oppu-
gnans, in contrariam ruit hæresin, pro unione confusionem,
commixtionem & humanæ naturæ totalem abolitionem com-
miniscens.

LVIII.

*Circa annū
Christi 448.
Theod. lib. 4
de hæret.
fabulis.
Evagrius
lib. 1. cap. 9.*

Is fuit Eutyches Archimandrita Constantinopolitanus, qui
duo hæc capita doctrinæ à veritate aliena proponere cœpit.

1.

In Christo ante unionem fuisse duas naturas, post unio-
nem verò unam tantum in illo naturam mansisse, idq; partim per
divinæ naturæ conversionem in humanitatem, partim per hu-
manæ naturæ κατὰ ποσιν factum fuisse.

LIX.

2.

Corpus Domini non esse nobis consubstantiale, neq; ex
substantia Mariæ virginis conceptum, sed cœlitus allatum. Hæ
opiniones ante à Valentino, Marcione, & Apollinari agitatæ, per
Eutychem denuò in Ecclesiam sunt introductæ, & vehementer
propugnatae.

LX.

*Anno Christi
449.*

Controversia hæc initiò agitata est privatis contentioni-
bus inter Eutychem & Eusebium Dorilei Episcopum, autoritate
sua rem moderante Flaviano archiepiscopo Constantinopoli-
tano,

tano, à quo coacta Synodus particularis, Eutychem deposuit. Sed
is conquestus de vi & processus iniquitate, apud Imperatorem *Theodosius*
Theodosium calumnijs circumventum, effecit ut altera partici- *impruden-*
laris Synodus Constantinopoli conveniret, in qua, referente E- *ter favet*
vagrio, Flavianus à nonnullis Præsidibus damnatus est. *Eutychanis.*

LXI.

Crescentibus turbis Imperator ab Eutychanis incitatus,
& ab uxore persuasus, aliam Synodum convocat in Urbem Ephe-
siorum, cui Legati Episcopi Romani & Patriarchæ Ecclesiarum *Synodus præ-*
præcipui interfuerunt. Huic præsidebat ex mandato Imperatoris *datoria E-*
ris Dioscorus Alexandrinus archiepiscopus, Eutychi addictissimi *phesina.*
mus, militari præsidio & magno Episcoporum factionis Eutychi-
anæ satellitio armatus, qui cum omnia vi & astu ageret, tandem
Eutychem vinculo anathematis solutum in integrum restituit. *Evagrius.*
Flavianum verò contradicentem interfecit, Quare Synodus hæc
Ἄρσιον deinceps appellata, non sicut cepta ab Ecclesijs, quam-
vis ab Imperatore publicè commendaretur.

LXII.

Tandem igitur exempto rebus humanis Theodosio, (quî
paulò ante obitum intelligens se à Chrysothio Præside palatii in
causa Eutychiana deceptum, errorem suum deploravit) Impe- *Alij 451, vel*
ratores Marrianus & Valentinianus circa annum Domini 454. 453. nume-
frequentissimam Synodum convocarunt Patrum sexcentorum *rant.*
& triginta, Primò quidem Niceam, postea Chalcedonem, quò *synodus*
Imperator Martianus ipse venit, & Synodi patres, tum de do- *Chalcedo-*
ctrina Eutychis, tum de præcedentium Synodorum actis sen- *nenfis.*
tentiam ferre sua voce iussit. Quod cum factum esset, damnata
est Eutychis blasphemia, Ipse, Imperatorum sententia, Gangram
relegatus est.

LXIII.

Etsi autem Imperator Martianus lata lege coercere cona-
tus est petulantiam ingeniorum in mysterio incarnationis no-
vas hæreses excogitantium, multa tamen Eutychianorum &
Acephalorum, ex his progenitorum agmina passim in oriente
remanerunt.

LXIV.

Horum aliqui senserunt, Christum post Unionem duas re- *Continuatio*
tinuisse naturas usq; ad mortem, sed per resurrectionem ex mor- *Eutychanif-*
tuis *mi.*

C

Theod. Dial. tuis dixerunt factam esse *τῆς σαρκὸς μεταβολῆν εἰς τὴν θεότητα*
2. pag. 35. e- φύσιν. Aliqui hanc mutationem demum post Christi in caelos
dit. Rom. ascensionem factam affirmarunt.

LXV.

Hilarius lib. Cognationem aliquam cum Eutychianis habuerunt
10. de Trin. ἀφ' ὧν ἀρξάμενοι, qui concessa animæ & corporis veritate & substan-
Evag. lib. 4. tia, negarunt naturam humanam in statu exinanitionis subiectā
cap. penult. fuisse infirmitatibus, & in Christo ullum sensum doloris fuisse, di-
de edict. Ju- centes illius corpus fuisse ἀνεπίδητον φυσικῶν καὶ ἀδιαλείπτων πα-
stiniani. θῶν: Causa erroris fuit unionis, & quæ ex ea orta est, carnis cum
Damasc. lib. λόγῳ arctissimæ κοινώσεως sinistra interpretatio.
3. cap. 28.

LXVI.

Monothe- Circa annum Domini 560, nova soboles Eutychiano-
leta. rum emerit negantium duas in Christo voluntates, unde Mono-
theletæ dicti sunt: quorum alij simul duplicem in Christo scien-
tiam negabant: Revera autem concessis duabus in Christo natu-
ris, earumq; personali unione, negarunt utriusq; naturæ salvas
mansisse proprietates, Et contenderunt utriusque naturæ unā esse
naturalem scientiam, unam naturalem voluntatem, virtutem,
operationem. Secuti sunt alij, qui exæquationem Idiomatum
utriusq; naturæ in Christo statuerunt.

LXVII.

Eutychianif- His furoribus opposita sunt decreta in sexta Synodo Oe-
mus diu & cumenica: Neq; tamē cōpesci Eutychiana hæresis potuit, quo mi-
duriter ex- nus per aliquot secula publicè grassaretur in Ecclesia, & Impera-
ercuit Eccle- torum aliquos patronos & propugnatores inveniret. Hinc Mo-
siam. nophysitæ, Theophaschitæ, Iacobitæ, Maronitæ, Armenij in
Ecclesiastica historia Eutychis hæresin propugnasse diversis tem-
poribus memorantur.

LXVIII.

Méno cōtra. Nostro seculo hæresin Eutychianam renovarunt Anaba-
Micronium. ptistæ, Flaciani, Suencfeldiani: Anabaptistæ posteriorem Euty-
chis propositionem defendentes, carnem Christi non ex Maria
virgine, sed ex substantia τῆς λόγῳ ortam esse docuerunt. Flaci-
us naturam à λόγῳ assumptam dixit, non esse nobis, excepto pec-
cato consubstantialem, sed aliam diversæ speciei à nostra: Ejus-
dem autem speciei cum ea, quam Adam habuit ante lapsum.
Suencfeld

Suencfeldius apertè professus est, Christi carnem post glorificationem non amplius esse creaturam.

LXIX.

Controversiæ igitur Eutychiæ diversis temporibus sub-
indè interpolatæ summa in aliquot propositiones resoluta hæc
fuit. *Præcipua capita Euty-
chianismi.*

1. In Christo post unionem, unam tantum esse naturam.
2. Divinam naturam conversam esse in substantiam humanitatis, & vice versa humanam naturam absorptam esse à divinitate.
3. Mutationem hanc vel in principio incarnationis, vel post resurrectionem, vel post ascensionem in cælum contigisse.
4. Divinitatem Christi passibilem & mutabilem fuisse.
5. In Christo tantum esse unam voluntatem naturalem, unam scientiam, unam naturalem operationem.
6. Duas naturas in Christo quoad *ουσίαν* exæquatas esse.
7. Carnem Christi non esse creatam ex sanctificatis visceribus virginis Mariæ, sed ex substantia *τῷ λόγῳ*.
8. Naturam Christi humanam specie differre à natura cæterorum hominum.
9. Christum secundum naturam humanam non verè sensisse dolores corporis.
10. Carnem Christi post exaltationem non esse creaturam.

SECUNDA PARS.

*Explicatio orthodoxæ sententiæ contra Eutychem,
de unione naturarum in Christo, absq̃ omni
earundem conversione &
abolitione.*

I.

Erroribus Nestorij & Eutyichis de naturarum in Christo u-
nionem, utrinq; a veritatis via declinantibus, Ecclesia oppo-
nit confessionem de vera naturarum unione hypostatica,
ejusque veris effectis, salvis naturis & proprietatibus. Hanc com-
mutato certaminum ordine ita tractabimus, ut prius de natura-
rum integritate & veritate contra Eutychem, posterius de earun-
dem unione contra Nestorium agamus.

II.

Credimus & confitemur Christi personam constare dua-
bus distinctis naturis, Divina, secundum quam Patri & Spiritui
Sancto est ὁμοῦσιⓄ: Et Humana, quam ὁ λόγⓄ in plenitudi-
ne temporis assumpsit, constantem anima rationali, & humano
corpore.

III.

Damascen. Has duas naturas unitas credimus in una hypostasi, absq;
lib. 3. cap. 3. omni conversione, confusione, exæquatione aut permixtione,
sive ut verus Ecclesia locuta est, ἀτρέπτως ἀσυγχύτως, ἀναλλοιώ-
τως.

IV.

Damasc. lib. Quæ enim per modum conversionis aut commixtionis coa-
3. cap. 14. lescent, imò etiam quæ essentialiter & formaliter uniantur, ut a-
nima & corpus, tertiam quandam naturam constituunt, à simpli-
cibus distinctam. In Christo autem ex unione divinitatis & hu-
manitatis non constituitur tertia quædam natura, sed singulæ
naturæ in statu perfectionis suæ manserunt, Christus enim per-
fectè Deus est, & perfectè homo, ἐξ ὧν, ἧν αἰς, καὶ ἀπερ, ut Nazian-
zenus pulchrè dixit.

V.

Contra Dei- Divinam naturam, nullam sui conversionem aut mutatio-
tatis conver- nem sustinuisse ex ipsius æterna absolutissimaq; perfectione pa-
sionem. tet, Mal. 3. 6. Iac. 1. 17. Psal. 90. 2. Pl. 102. 27.

VI.

Ingens quidem & inenarrabilis est τῷ λόγⓄ humiliatio, de-
mittentis se ad nostræ naturæ infirmitatem; Sed ea nullam divi-
nitatis mutationem aut conversionē τῷ λόγⓄ attulit, qui id quod
fuit permanfit, & quod non erat, assumpsit.

VII.

Ideo propositionē, *Verbum caro factum est*, Ioh. 1. 14. Gal. 4. 4.
filius.



filius Dei factus est ex muliere, scriptura explicat per verbum
ἐπιλαμβάνεται, Heb. 2. 16. ostendens incarnationem non muta-
tione Deitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum,
factam esse.

VIII.

Quare Eutyches ejusque sectatores, etsi de divinæ naturæ
mutatione & passionibus multa disputationibus suis adspere-
runt; Victi tamen divinæ majestatis luce, omissa hac parte the-
seos, in humanam Christi naturam impetum fecerunt, ut habent
verba Eranistæ: Εγω τῆρ θεότητα λέγω μεμενηκέναι, καταποθύναι
δὲ ὑπὸ ταύτης τῆρ ἀνθρωπότητα. *Theod. Dial.*
2. fol. 34.

IX.

Vberiore demonstrationem divinæ in Christo na- *Vid. disp. de*
turæ hac vice prætermittentes, alteram controversiæ partem ag- *Arianismo.*
grediemur, ostensuri in Christo veram fuisse, & adhuc esse huma-
nam naturam perfectam atq; integram.

X.

Principio Eutyches affirmans se ante unionē duas in Christo
naturas agnoscere, post unionem, unam tantum, ostendit erro-
rem suum de primo incarnationis principio: Non enim primo
creata est natura humana, & postea assumpta, cum propriam ὑπό-
στασιμ, ἀ λόγῳ se junctam nullam habeat, sed fuit ἅμα σὰρξ, ἅμα *Athan. Dial.*
δεῖ λόγῳ σὰρξ, ἅμα σὰρξ ἔμφυχῳ λογικῆ: Simul caro, simul *4. de Trinit.*
Dei verbi caro, simul caro anima rationali animata, in ipsa prima *Damasc. lib.*
sui existentia unita personæ verbi. Et in incarnatione hæc tria *3. cap. 2.*
simul facta testatur Damascenus, lib. 3. cap. 12. videlicet, Naturæ
humanæ τῆρ πρόσληψιμ τῆρ ὑπαρξίμ καὶ τῆρ θέωσιμ.

XI.

Hanc igitur naturam à principio conceptionis assumptam,
si post factam unionem fuisse, & adhuc esse integram omnibus
partibus & facultatibus præditam, probatum dederimus, utique
adversus Eutychis abolitionem causa dicta erit.

XII.

Præcipua pars naturæ nostræ est anima rationalis, varijs *Anima*
potentijs ornata: Eam in Christo fuisse ostendunt scripturæ di- *Christi.*
cta, Ioh. 10. 18. Matth. 26. 38. Ioh. 19. 30. Luc. 23. 46.

XIII.

Blasphemæ fuerunt opiniones Arii & Apollinaris, quo-
rum ille corpus omnino ἄψυχον, hic corpus bruta tantum anima

animatum à λόγῳ assumptum esse dixit. Hac etenim ratione Christus anima rationali destitutus verus homo fuisse negatur, quem tamen hominem, ac filium hominis, scriptura discretè appellat 1. Tim. 2, 5, Matth. 12, 40.

XIV.

Intellectus.

Cæterùm distinctè per singulas facultates animæ rationalis probari potest, eam in Christo verè agnosci & poni oportere: De potentia intellectuali enim, quæ sedes est sapientiæ, dicitur Luc. 2, 52. Puer Iesus proficiebat sapientia & ætate, Is profectus neq; τῷ λόγῳ potest attribui, neq; ad solam patefactionem referri debet, Sed habitualement scientiam ac sapientiam in Christo vera incrementa cæpisse docet.

XV.

Esa. 11, 2.

Adhæc Christus dicitur unctus Spiritu Sapientiæ & intelligentiæ. Secundum divinam verò naturam, eo Spiritu, quem ipse cum Patre communem habet & communiter spirat, ungi non potuit, Quare animam intelligentem in Christo esse necesse est.

XVI.

Triplex scientia mentis humana Christi. Visionis.

Atq; hinc est quod Scholastici præter substantialem τὸν λόγον sapientiam, menti humanæ Christi tribuunt triplicem scientiam: Primò visionis, quam ajunt competere his, qui Deum facie ad faciem intuentur. Etsi autem hæc referunt ad scientiam habitualement mentis Christi, eiq; omnium rerum singularium noticiam tribuunt; ijs solis exceptis, quæ sunt in potentia Dei: Tamen cum infinita sit differentia reliquorum beatorum, qui sunt extra λόγον ὑπόστατον, & animæ Christi, in hypostasi verbi subsistentis, rectius hæc scientia visionis ad omniscientiæ communicationem in persona λόγου refertur.

XVII.

Infusa.

Lib. 4. de anima Christi cap. 1, 2, 3, 4, 5.

Alteram vocant scientiam infusam, vel inditam divinitus, & habitualiter in mente hærentem, qualis in Adamo & Salomone fuit, quæ est cognitio principiorum theoreticorum & practico- rum. Etiam hanc in mente Christi fuisse concedimus, sed ab ipsis primordijs conceptionis perfectam, & ab ambitu suo omnium rerum singularium adeoq; etiam cogitationum humanarum actus complexam fuisse (ut Scholastici nugantur & Bellarminus prolixè disputat) pernegamus, cum hoc solius Dei infinitam sapientiam,

etiam, & manifestum textum de profectu scientiæ in Christo ever-
tat. Nullum enim creatum donum actu ipso infinitum esse potest.

XVIII.

Tertiam scientiæ speciem vocant acquisitam vel ex-
perimentalem, qua mens Christi cum temporum & ætatis incre-
mento cognovit ea, quæ per lumen intellectus agentis homini
sunt cognoscibilia, unde ea ex Syllogismo & ordine actionum &
circumstantiarum æquisita dicitur, ad quam beatus Lutherus
respexit negans Christum secundum humanam naturam in statu
exinanitionis semper omnia actu cogitasse, scivisse, voluisse.

Thom. par.

3. quest. 12.

art. 1.

In postill.

Ecclesiastica

XIX.

Patet igitur secundum duplicem in Christi persona Spiritū
intelligentem, creatum & increatum, duplicem quoque scientiam
statui oportere, creatam & increatam, Et falsam esse Eurychia-
norum ac Monotheletarum de una sola Christi scientia opinio-
nem. Scientiam autem hoc loco latè pro quolibet actu cognos-
cendi accipimus.

Scientiæ

vox.

XX.

Altera facultas animæ rationalis est *ῥηλική*, hoc est, vis
volendi, quam duplicem in Christo disertè agnoscit Scriptura,
& humanam voluntatem à divina τῷ λόγῳ (quæ cum voluntate
Dei Patris & Spiritus Sancti substantialiter una est) perspicuè dis-
cernit Matth. 26, 39. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Ioh. 6, 39.
Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed volun-
tatem eius qui misit me.

Voluntatis

XXI.

Divina enim in Christo natura, liberrimæ voluntatis suæ
vi ac facultate spoliari nequit. Et ad humanæ animæ perfectio-
nem voluntas requiritur. Quod autem homo sit φύσις ῥηλικὸς
probat Damascenus, quia per voluntatem natura rationalis agit,
quia nemo docet hominem τὸ ῥελερ, quia ut bruta ducuntur na-
tura, sic homo libera voluntate, quia velle est pars imaginis Dei
in homine, quia volendi facultas omnibus hominibus commu-
nis est, idque pari ratione. Cum ergo Christus verus homo sit, hu-
manam etiam voluntatem habeat, necesse est,

lib. 3. cap. 14.

XXII.

Ostensa duarum Voluntatum in Christo hypothese con-
tra Monotheletas, duæ etiam distinctæ ἐνέργειαι statuendæ
sunt, quarum altera sit divinæ naturæ propria, altera humanæ.
Verè enim dictum à Gregorio Nysseno est, quorum una
est ἐνέργεια (naturalis) eorum etiam una est natura

Damas. lib.

3. cap. 15.

Hæ

Lib. 3.
Cap. 28.

Hæ duæ voluntates & ἐνείκηαι non pugnant inter se in Christi persona, Sed cum humana divinæ subijciatur, est earundem arctissima unio hypostatica, ita ut utraq; agat cum communiōne alterius: Rectè enim Damascenus ait, τὸ ἡγεμονικὸν animæ Christi esse ἡγεμονικὸν ἀπὸ divinitate λόγος, ita ut mēs humana Christi ea cogitet, & voluntas ea velit, quæ vult ὁ λόγος ipsam cogitare & velle.

XXIII.

Opus unum est, operatio duplex

Neq; tamen ex operationum distinctione concludenda est ἀπὸ ἐνεργημάτων καὶ ἀποτελεσμάτων Nestoriana divisio. Opera enim sunt personæ, quæ agit secundum diversas formas vel naturas, causam agendi suppeditantes, unde operationum diversitas in uno eodemq; opere resultat.

XXIV.

Inferiores potentie anime,

His superioribus facultatibus animæ rationalis, quas in Christo verè esse adversus Monotheletas ostendimus, addantur etiam inferiores potentie, quatenus earum motus ordinati & in natura conditi sunt, ut vis sensitiva in omnibus organis, ex qua oritur fuga doloris, & appetitus cibi, potus, somni & similia.

XXV.

Testatur enim Scriptura Christum verè sensisse tristitiam & dolorem animi & corporis ex laceratione nervorum Matth. 26. 38. Esuriisse Matth. 4. 2, Siti laborasse Ioh. 19. 28, Ira commotum fuisse Marc. 3. 5, flevisse Luc. 19. 41. Ioh. 11. 25. Quæ omnia indicio sunt, adversus Martionis & Manichæorum delicta, veram in Christo humanam animam omnibus facultatibus, operationibus & appetitionibus ordinatis præditam esse.

XXVI.

Nazianzenus, Chrysostomus homil. in Nat. Dom.

Atq; hoc ipsum etiam postulat finis incarnationis τὸ λόγος, videlicet, redemptio & restitutio naturæ humanæ peccato corruptæ & perditæ: Quia enim corruptio ista totum hominem animo & corpore occupaverat, integram naturam à λόγος assumi oportuit, ut integram redimeret à maledictione & sanaret, τὸ γὰρ ἀπρόσληπτορ ἀδιεξάπυτορ.

XXVII.

Altera pars essentialis humanæ naturæ est corpus, constans materia Elementari, & singularum partium mole & συμμετρία circum-

circumscriptum : Illud etiam verè à τῷ λόγῳ assumptum esse Pro-
phetarum oraculis & Apostolorum luculentissimis testimonijs
tam est perspicuum, quàm quod maximè.

XXVII.

David enim Psalmo 22. 18. Christum ossa, manus, pedes
& vestimenta corporis habiturum prædixit: Esaias cap. 53. 4.
vulnera & sanguinem eius recenset: Cap. 50. 4. 5. 6. linguam,
aurem, dorsum, genas & faciem Christi nominat. Et historia con-
ceptionis, nativitat, peregrinationum & afflictionum, totumq;
curriculum vitæ ac ministerij Christi, & extremus actus vitæ,
captivitas, flagellatio, crucifixio, mors, sepultura, resurrectio,
ascensio in cælum, veritatem corporis Christi tam evidenter de-
monstrant, ut nullo colore negari, aut in dubium saltem vocari
queat.

XXIX.

Veruntamen non defuerunt hæretici Marcionitæ, Mani- *Corpus Chri-*
chæi, Cataphryges, & similes, qui Christum loco veri & solidi *sti non est*
corporis φάντασμα quoddam, nuda specie humani corporis præ- *phantasticū.*
ditum assumisse, & omnes actiones & passiones Christi corpo-
reas. κατὰ δόκησιν φαντασίαν contigisse docuerunt.

XXX.

Cum Apostoli ex quibusdam ὑπερφυσικῶς à Christo factis,
ut penetratione clauarum januarum, & ambulatione super a-
quas, opinionem hanc de corpore Phantastico concepissent,
Christus ipse eam confutavit Matth. 14, 27. Marc. 6, 49. Ioh. 6,
19. Ego sum, nolite timere.

XXXI.

Imprimis insignis est rextus Luc. 24, 39. Cum Apostoli
Christum post resurrectionem absq; ulla januæ patefactione, &
sine motu & progressu locali in medio cætu consistere cernerent,
atq; quia id cum veritate corporis pugnat, se non Christi vera *Ex attribu-*
præsentia exhilarari, sed spectri aut φαντάσματος alicuius illusi- *to demon-*
one vexari arbitrarentur: Christus gravi lententia errorem eo- *stratur sub-*
rum correxit: Palpate inquit & videte, quia Spiritus carnem & *jecti veritas*
ossa non habet. Quibus verbis ex proprio corporis attributo,
quod est videri & palpari posse, & carnem & ossa habere, Veritas
corporis Christi etiam post resurrectionem ex mortuis liquidò
demonstratur.

D

Et

*Confutatio
errorum
Eutychis.*

XXXII.

Et quia hæc omnia quæ de Christi humanitate literis Evangelistarum & Apostolorum consignata sunt, non de ea ante unionem cum λόγῳ (extra cujus ὑπόστασιν, caro assumpta ne ad momentum quidem unquam fuit) sed de humanitate τῷ λόγῳ personaliter unita enunciatur, ejusq; veritatem, integritatemq; ab omni fūco, φαντασίᾳ, diminutione aut remotione alterutrius partis, animæ vel corporis perspicuè asserunt, certum est Eutychis blasphemum dogma de conversione humanitatis post unionem, deq; una Christi incarnati natura falsum esse.

XXXIII.

Cum enim in unione, & post eam, ut & post resurrectionem ex mortuis in Christi persona verè realiter divina sit natura Deo Patri & Spiritui Sancto ὁμοῦσι, ut contra Arianos aliàs est ostensum, cumque in eodem sit vera humana natura, constans anima & corpore, omnibusq; naturalibus proprietatibus & operationibus, cumq; divina natura sit ἀτρέπτῃ, & humana in essentialibus suis ἰδιώμασι mutata non sit, ut modo est ostensum: Immota consequentiæ lege concludit & credit universa Christi Ecclesia catholica, etiam post unionem & post resurrectionem ex mortuis Christum ex duabus constare naturis.

XXXIV.

Veritas corporis Christi post ascensionem in cælum.

Et quanquam per unionem humana natura divinis ἀξιωμασι est locupletata, & per ascensionem in cælum & exaltationem ad dexteram majestatis divinæ reliquarum creaturarum modum excelsit: Tamen propter naturæ divinæ immutabilitatem, & humanæ naturæ, quam semel assumptam ὁ λόγος nunquam deponet, veritatem, et officij Regij & Sacerdotalis, quod Christus in utraq; & per utramq; naturam exercet, executionē, certum est, etiam post ὑπερῷωσιν mansisse humanam Christi naturam salvam atq; integram, anima rationali & corpore suis dimensionibus finito & circumscripto constantem.

XXXV.

Augustinus.

Majestas enim illa gloriam contulit corpori, veritatem non abstulit. Et hæc summa est consolatio nostra, quod Christum in gloria regnantem, fratrem nostrum secundum carnem, per

per omnia nobis (quoad integritatem & veritatem naturæ hu- *Heb. 2.*
manæ) similem absq; peccato & miseria, esse scimus. *Phil. 2.*

XXXVI.

Et quia corporis & sanguinis sui præsentiam & distribu- *1. Cor. 11, 26.*
tionem in Eucharistia instituit Dominus, eamq; perpetuò in Ec-
clesia Christiana usque ad diem gloriosi adventus sui ad judici-
um retineri voluit, & non imaginarium, figuratum, significati-
vum aut phantasticum corpus, sed verè illud ipsum corpus, quod
pro nobis est in mortem iraditum, & eundem omninò sangui-
nem qui pro nobis est effusus, in hoc sacro epulo non repræsen-
tativè sed realiter & præsentèr communicantibus, tam dignis
quàm indignis distribuit, veritatem corporis post glorificationè
mansisse dubium nullum est.

XXXVII.

Id ipsum confirmat articulus de glorioso Christi reditu *Phil. 3, 21.*
ad iudicium: Sicut enim Apostolus ipsum in gloria cœlesti re-
gnantem, corpus verum habere asserit, quando nos transforma-
tum iri ad illius similitudinem scribit: Ita corpore ipsum visibi-
liter rediturum ad iudicium docent angeli Act. 1, 11. Atque
ea de causa significanter exprimitur adventus Christi appellationi-
bus *Filij hominis*, Matth. 16, 27, & 28, 31. Et Paulus ait mundum
iudicatum iri per *Virum*, Act. 17, 31.

XXXVIII.

Corruit etiam simul monstrata vanitate opinio- *Confutatio*
nis Eurychianæ, de abolitione humanitatis Christi post ascensio- *Suencfeldij.*
nem in cœlum, opinio Suencfeldij, carnem Christi in dextera Dei
exaltatam, creaturam esse negantis.

XXXIX.

Si enim veritas substantiæ animæ & corporis, & essen-
tialis distinctio humanæ naturæ à divina, in persona Christi
mansit post glorificationem, & in omnem æternitatem perman-
sura est: uti paulò ante est demonstratum, cum extra creatoris
essentiam nihil sit neque cogitari debeat non creatum, carnem
Christi creaturam esse necessum est: Nisi fortè duas distinctas
essentias increatas, atq; sic duo numina cum Ethnicis fingat fa-
naticus ille, quod omninò *æpe* est.

D 2

Cumq;

XL.

Contra exæ-
quationem.

Cumq; inter creaturæ & creatoris essentiam tale discrimen perpetuò sit, quale inter finitum & infinitum, æternum & id quod in tempore cœpit, non sine horribili blasphemia dictum fuit ab Eutychianis, Duas naturas in Christo quoad *ὁυσίαν* vel attributa naturalia exæquatas esse.

XLI.

De origine
humane na-
ture.

Porro alterius quæstionis Eutychianæ de origine humane nature Christi, (an nimirum *ὁ λόγος* & corpus suum divina virtute atque immediata operatione creatum, in uterum virginis Mariæ intulerit, atque sic tantummodò per eam natus sit, an verò ex sanctificatis visceribus & sanguine Mariæ naturam humanam assumerit) non minùs expedita & certa est ex scripturæ fontibus decisio.

XLII.

Est. 7. 14.
Gen. 12. 3.
22. 18.
2. Sam. 7. 12.
2. Tim. 2. 8.

Ideo enim Christus *semen* dicitur mulieris, Gen. 3. & filius virginis, Semen Abrahami, Gen. 22. 18. Semen Davidis. Quia verè ex propagine & stirpe Patriarcharum ex virginis Mariæ sanctificatis visceribus naturam humanam assumpsit.

XLIII.

Luc. 1. 42.

Ac nisi hanc sententiam firmiter adversus Marcionis, Valentini Eutychis & Menonistarum deliria teneamus, palam falsum erit quod Elisabetha de virgine Maria enunciat: *Benedictus fructus ventris tui*. Ex hæreticorum enim opinione Christus non fructus, sed hospes uteri virginei tantùm fuisset.

XLIV.

Pf. 22. 23.
Heb. 2. 12.
Eph. 5. 30.
Heb. 2. 17.
1. Cor. 14.

Tollit insuper opinio hæc *ὁμοιότητα* & *συνδοσίαν* Christi cum nostra carne, ex qua dicitur frater noster, caro de carne nostra: Nobis per omnia similis, similiter particeps factus carnis & sanguinis, sicut & nos, factus ex muliere.

XLV.

Gal. 4. 4.
Contra Fla-
cij somnium.

Neque redemptio parta per Christi sanguinem ad nos quicquam attineret, si humana ipsius natura alterius fuisset speciei à nostra: Nostra enim natura peccarat & obedientia Deo erat præstanda, in ea natura quæ erat inobedientia deformata, & ante superata. Flacij igitur delirium auctori suo remittamus.

XLVI.

Ex hac Eutychianæ blasphemie confutatione Ecclesiarum

rum Augustanæ confessionis innocentia adversus Sacramenta. *Contra Ca-*
riorum calumnias liquidò potest dinosci: Hi quando se manife. *lumnias Cal-*
stis scripturæ testimonijs de Christi secundum carnem omnipo- *viuistarū de*
tencia, omni sapientia, & omnipræsentia personali convinci & *Eutychnisē*
constringi animadvertunt, hoc unicū κενσφύγετον, & veluti Gor- *mo,*
gonis caput opponunt imperitis, non posse talem Christi, qua *Neostad. ad-*
homo est, majestatem & præsentiam sine naturæ humanæ aboli- *monitio.*
tione Eutychniana statui & doceri. *Anhalt. 42.*

XLVII.

Calumniam hanc suam, ut schemate aliquo vestirent, nova *Pez. in obj.*
axiomata commenti sunt: quod essentialè attributum corporis *Sadeel.*
sit, ut semper superficie corporis ambientis circūscribatur: Quod *de verit.*
essentialis proprietas corporis humani sit, ut palpetur & videa- *hum. nat.*
tur: Quod corpus humanum nullo nisi quantitativo mo- *Bellar. lib. 3.*
do secundum omnes dimensiones terminato, alicubi præsens esse *de Christo.*
possit: Quodq; ut unum corpus sit in duobus aut pluribus locis *Axiomata*
nulla vi, ne quidem divina omnipotentia præstari possit. *Calvinistarū*

XLVIII.

Nuper etiam novī quidam & subtiles doctores adedò toti in *Motivæ*
localitatis consideratione occupati fuerunt, ut live per imperiti- *Staffortier.*
am, sive mentis ἀγγωσιαν, etiam angelorum essentiam loco con-
tineri scriptitare non erubuerint.

XLIX.

Succenturiatas operas calumniæ huic de Eutychnismo
vetera illa præstant, Propria esse incommunicabilia, Finitū non
esse capax infiniti, Communicationem realem nihil esse aliud,
quam physicam naturarum confusionem vel exæquationem, quæ
Eutychniano & Marcionitico more, veritatem humani corpo-
ris aboleat & in ejus locum substituatur φάντασμα, corpus *κεντῶν,*
aëreum, & imaginarium. *L.*

Hanc Eutychnismi accusationem Calvinianam scriptis
nostrorum diligentissimè discussam, prolixè confutare præsen-
tis instituti ratio non permittit. Brevissimis tantum infirmitatem
axiomatum allegatorū monstrabimus. Primum enim, affirmans
essentialè corporis attributum esse, ut loco forinsecus ambiente
contineatur, neq; Philosophicū est, neq; Theologicum.

LI.

Philosophi enim extremi cœli machinam nullo contineri

corpore ambiente distant: Theologi protestantur se in his mysterijs non de naturali aut locali præsentia, sed de mystica, cœlesti, hypostatica naturam rerum & locorū intervalla superante, ex sola patefactione divina dijudicanda, agere. Imperitum autem est diversarum scientiarum totoq; genere discrepantium principia temerè miscere.

LII.

Quod ergò omne corpus humanum loco continetur, id solo naturæ ordine fieri certum est, ad quem Deus autor & conditor ita alligatus non est, quo minus salva corporis veritate præstare possit diversum.

LIII.

Non est necesse ut corpus actu semper videatur.

Secundum axioma actum cum *δυνάμει* manifestè confundit: Carnem enim & ossa ita condita esse, ut videri & palpari possint, concedimus, ut actu semper & necessario videantur & palpentur, nulla cogit necessitas.

LIV.

Tertium axioma de modo præsentia corporis naturali & carnali loquitur, atq; ineptè opponitur præsentia personali & Sacramentali corporis Christi, quam ex manifestis scripturæ dictis, & fidei Christianæ mysterijs indubitatis catholica asseris Ecclesia.

LV.

Calviniani metas statuunt omnipotentiae divinae.

Luc. 1. 37.

Rom. 4. 17.

Ier. 32. 17.

Eph. 3. 20.

Principium quartum præscribens metas potentia divinæ tam est absurdum & blasphemum, ut confutatione nulla egeat, & pias aures ipso sono offendat. Etsi etiam Deus quædam quæ impotentia sunt, quæque cum ipsius natura perfectissima pugnant, facere non posse dicitur, ut mentiri, mori, oculis carnalibus videri &c. Hoc tamen quo de nunc agitur, non Dei concernit naturam, sed creaturæ, cuius ordinem Dominus suo arbitrato immutare potest, vocando ea quæ non sunt, ut sint, & quæ sunt, in nihilum redigendo. 2. Pet. 3.

LVI.

Angeli non sunt in loco.

Quid vero opus est notoriam & puerilem absurditatem, de angelorum essentia locorum intervallis inclusa, multis confutare argumentis, cum res ipsa loquatur locum vel superficie corporo-

corporis ambientis, vel spacio locati definitum, ad spiritualem
angeli essentiam nulla prorsus ratione referri posse. Neq; angeli
dimensionibus corporis contineri vel alibi excludi aut includi
possunt, cum inter spiritum & dimensionem corpoream in præ-
sentia notione nulla sit analogia.

LVI.

Quintum principium de priorum communicatione in-
fallaciam παρά τὸ πῆλὴ ἀπλῶς impingit. Non enim idiomatica dei-
tatis, carnis Christi propria fieri asserimus, quādo τὸν λόγον ἀνχί-
ματα sua carni communicasse docemus.

LVII.

Sextum axioma de finito & infinito naturali, & capacita-
te physica loquens, omnino ἀπαύτως ad hoc mysterium accō-
modatur, in quo finita natura infinitæ ὑποστάσεως ἢ λόγῳ verè
capax facta, in ea, & per eam omnia divina possidet.

LIX.

Calumnias de conversione & abolitione Marcionitica
autoribus suis relinquentes, dicimus nos absurditates hujus do-
ctrinæ Philosophicas non tanti aestimare, ut propter eas à mani-
festo verbo nobis discedendum arbitremur: Interim autem na-
turæ humanæ veritatem per omnia sanctè & religiosè credimus
& tuemur.

*Orthodoxa sententia de unione perso-
nali explicatio contra Ne-
storium.*

LX.

Demonstrata hætenus humanæ naturæ Christi veritate
& integritate: Qualis duarum naturarum unio & commu-
nio sit, porrò adversus Nestorij factionem dispiciendum: Ut e-
nim naturarum veritas adversus Eutychem asserenda & unio
earundem secundum mixtionem aut confusionem reiicienda:
Ita non minus adversus Nestorium unio χετικῆ, accidentalis, &
κατὰ παράστασις, scripturarū firmamentis everrenda est, ne Chri-
stum in duas personas dividamus.

Princi-

LXI.

Principiò igitur diligenter est considerandum, quod etsi
Natura hu- natura assumpta λόγος perfecta est, omnibus suis partibus & potens
mana Christi tuis essentialibus: Hoc tamen à persona Petri, Pauli & aliorum
non est per- hominum differt, quod ipsa per se non est peculiare ὑπιστάμενον,
sona per se. sed subsistit in aliena ὑπόστασι.
ipsam.

LXII.

Nam quòd Christus frater noster dicitur Psal. 22. per omnia nobis similis excepto peccato Heb. 2. Verus homo & filius hominis Ioh. 1. Matth. 16. Ex eo non est concludendum, unionem animæ & corporis Christi personalem esse: Ista enim & similia scripturæ dicta ad naturæ humanæ veritatem, non ad ὑπόστασεως definitionem exprimendam sunt referenda.

LXIII.

Non est enim fingenda duplex unio personalis in Christo, altera animæ & corporis inter se, altera τὸ λόγος cum natura assumpta: Sed ut una tantum est persona Christi, unus Christus, unus Ecclesiæ Sponsus, unus mediator: Ita in eodem una tantum est personalis unio. Anima igitur & corpus Christi naturaliter, essentialiter & formaliter inter se unita, subsistunt non in seipsis, sed in hypostasi Verbi, in qua & cum qua unam constituent personam Iesu Christi.

LXIV.

Atq; hæc est Specifica differentia unionis duarum naturarum in Christo, quod ὁ λόγος assumptæ naturæ non adest tantum per assistentiam, neq; tantum actu secundo eam sustentat, ne redigatur in nihilum; Sed verè æternam atq; infinitam suam ὑπόστασιν, quam à Patre & Spiritu Sancto distinctam habet in S. Trinitate, communicat carni, ita ut quæ persona ante incarnationem tantum unius erat naturæ, post eam facta sit ὑπόστασις συνθετος, in duabus naturis subsistens.

LXV.

Tota namq; Scriptura unum saltem agnoscit Christum, qui simul Deus est & homo 1. Tim. 2. v. 5. ὁ λόγος & caro Ioh. 1. 14. Idemq; filius altissimi & filius Virginis, non nudæ appellationis, sed veræ nativitatis communione Luc. 1. 32. Quem enim Deus Pater ab æterno genuit Deum: Eundem Maria in tempore concepit & peperit hominem: Naturarum diversitate, nativitatum

vitatum discrimina constituyente, in una indivisa ὑπόστασι.

LXVI.

Hinc Maria est θεοτόκος, & Emanuel, is qui bimestris factus est, verè est Deus, super omnia benedictus in secula, non solum nominis communitate, sed verè & re ipsa, Mariæ filius, idem Dei Patris æternus est filius, idem est Christus, idemq; ὁ λόγος, Neque homo Christus θεοφύλακτος, sed verè Deus & Dominus de caelo.

Hæc sunt opposita Nestorij propositionibus. 1. Cor. 15, 47

LXVII.

Hoc mysterium incarnationis λόγος, & unionis duarum naturarum in Christo verè ἀρρήκτον & inperscrutabile, Patres concilij Chalcedonenfis determinationibus aliquot limitatum proposuerunt, dicentes unionem factam esse κατὰ ὑπόστασιν, ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀναλλοιώτως, ἀδιαρέτως καὶ ἀδιασάτως. Quarum particularum tres priores quæ naturarum conversionem confusionem & alterationem ab hoc mysterio excludunt, Eutychis hæresi, duæ posteriores quæ divisionem & omnia locorum διάσηματα rejiciunt, Nestorio sunt oppositæ.

Damasc. lib. 3. cap. 3.

LXVIII.

Ex hac hypostaseos ἑ ἑ λόγος communicatione cum carne assumpta, & naturæ humanæ in λόγος sive intra intimum ἑ ἑ λόγος complexum assumptione, naturarum idiomatum & operationum κοινωνία, oritur, intimaq; naturarum περιχώρησις, non utiq; verbalis, grammatica aut Dialelectica, ut quidam nugati sunt, sed vera realis & hypostatica, unioni per omnia respondens. Hanc κοινωνίαν naturarum & idiomatum non dicimus constituere ipsam formale unionis hypostaticæ, ut splendide calumniantur adversarij, sed esse ejus immediatum consequens & ad eam illustrandam & rectè intelligendam plurimum conducere.

Effectus unionis est communicatio realis

LXIX.

Absurdum enim & penè plus quàm Nestorianum, imò planè Samolatenianum est fingere, duas in Christo naturas uniri παντάπασιν ἀκοινωνήτως, ita quidem ut nulla nisi titulorum & nominum sine ullis rebus ex unione sequatur communitio: Hoc verè est Deo & hominibus illudere.

LXX.

Si enim κοινωνία φύσεως & ἰδιωμάτων non est realis, uti que in propositionibus, quæ ad communicationem ἰδιωμάτων

E

refe-

referuntur, nihil omnino erit veritatis. Nam quod est τὸ ὄν in rebus, hoc est τὸ ἀληθές in verbis : De propositionum igitur veritate & natura, tūm demūm judicari poterit, ubi de rebus, quæ continentur enunciatis, ad communicationem idiomatum relatis, rectè fuerit constitutum.

LXXI.

Reale duplex Reale autem in hoc mysterio duobus modis dicitur : Aut enim refertur ad naturas inter se differentes, & hoc sensu Reale idem est quod physicum, aut refertur ad communem hypostasin duarum naturarum : Et tum Reale idem est quod hypostaticum. Nam in divinis non tantūm φύσις est & dicitur Res, sed etiā ὑπόστασις, cum tres personæ S. S. Trinitatis τῆ φύσεως unum sint ; Realter tamen, hoc est ὑποστατικῶς inter se differant.

LXXII.

Communio duplex. Eodem modo κοινωνίας vox in hoc mysterio non unam eandemq, notionem habet ; Alias enim pro ipsa unione hypostatica naturarum usurpatur, quando videlicet unio appellatur ὑπόστασεως ἢ λόγου κοινωνία : Alias verò & quidem sæpius accipitur pro immediato consequente unionis hypostaticæ.

LXXIII.

Quando igitur realem communionem naturarum & idiomatum in hoc mysterio asserimus, non loquimur de physica communicatione, qua unius naturæ proprium alteri ita fit commune, ut eidem physicè insit, tanquam proprium vel accidens, qualem Ecclesijs nostris per notorium falsi crimen contra conscientiam suam testimonium Iesuitæ & Calviniani affingunt : Sed de communionem hypostatica.

LXXIV.

Damasc. lib. 3. cap. 6.
Cyrill. anabem. 3. Tota quidem & omnis divina natura in una ὑποστάσει sui ipsius unita est toti humanæ naturæ, & non pars parti : Unde Cyrillus unionem hanc ὀνομαστικῶς & φυσικῶς non dubitavit appellare, respectu rerum unitarum, ad excludendam unionem κατὰ φαντασίαν : Quæ tamen appellationes propter Eutychnianas huius mysterij depravationes posterioribus seculis in Ecclesia usurpari desierunt.

Immedia

LXXV.

Immediatus verò terminus assumptionis & unionis, non est divina natura absolutè cōsiderata, quatenus ea tribus Deitatis personis communis est: Sed in ipso τῷ λόγῳ quatenus in eo ὑπόστασις & οὐσία non re, sed ratione differunt, πρῶτως & immediatè unionem hanc terminat ὑπόστασις, δευτέρως verò, ἡ οὐσία.

Petr. Lomb.
lib. 3. distin.
5. de canone
Conc. Tol. 11.

LXXVI.

Hanc naturarum idiomatum & operationum communio- nem ostendunt effecta. Propter eam namque veræ sunt proposi- tiones, Dominus gloriæ est crucifixus, Deus sanguine suo rede- mit Ecclesiam, Filius altissimi natus est ex virgine: In quibus et si subjecta personam exprimunt, in qua unio & communio est fa- cta (neque enim divina natura, est humana natura, neque hu- manitas est divinitas) quia tamen hypostasis τῷ λόγῳ non po- test realiter separari vel distingui ab οὐσίᾳ ejusdem, nisi qua- ternitatem pro Trinitate statuere velint adversarij, impossibi- le est communionem hypostaseos credere sine communione οὐσίας.

Ioh. 1, 14.
1. Cor. 2, 8.
Act. 20, 28.
Luc. 1.

LXXVII.

Et quia ingens est discrimen personæ assumptis & na- turæ assumptæ, ideo assumpta natura propriè loquendo nihil communicat τῷ λόγῳ, sed ὁ λόγος eam assumendo, & sibi in ea humana omnia appropriando, μετέχε σαρκὸς καὶ αἱματὸς ut Apostolus ait: Et vicissim communes facit, cum carne sua, divina majestatis operationes, ut possit vivificare mortuos, & sanare infirmos.

Heb. 2, 14.
ἰδιοποιῶν.
est suum fa-
cere.
Act. 20, 28.
Cyrilli re-
gula.

LXXVIII.

Referenda huc est usitata doctrina de tribus generibus com- municationis idiomatum, quorum primum Cyrillo ἰδιοποιῶν, vel ἰδιοποιήσις complectitur propositiones, in quibus naturæ unius proprietas tribuitur toti personæ, respectu eius naturæ cuius est idioma. Vt, Deus est natus ex virgine, Deus est bimestris, trimestris, Deus est passus, vulneratus, crucifixus mortuus. Ho-

1. Genus.

Imo Christus est æternus, est Dominus de cœlo fuit ante Abrahamum, est Spiritualis, infinitus, ὁμοῦσιος Patri & Spiritui Sancto &c.

LXXIX.

*Realitas
primi generis.*

Hæ propositiones non sunt verbales communicationes, vacuæ rebus, ut nugantur Calviniani hoc ipso totum redemptionis nostræ mysterium penitissimè evacuantes: Sed sunt realissimè reales, quia verè & realiter ea persona, quæ Deus est, nata est ex Virgine, passa & mortua: Non tamen secundum Deitatis φύσιν αἰδίον ἢ ἀπαθῆν, sed secundum humanitatem. Sic quoq; Persona, quæ verè homo est, constans anima & corpore, est æterna & infinita & Patri ὁμοῦσιος, non secundum humanitatis naturam, sed secundum Deitatem.

LXXX.

Primum genus opponitur Nestorio & Eutychi.

Ita enim simul in subjecto, quod personæ appellationem habet, asserenda est personæ unitas contra Nestorium, ut in prædicato naturarum asseratur discrimen contra Eutychem: Quamobrem Scriptura ipsa, & Patres orthodoxi prædicatum huiusmodi determinant particulis distinctivis, κατὰ, ὅτι, ἐξ, διὰ Secundum, Qua, Quatenus, In, Ex, Per, & quæ his æquipollent ἀνθρώπινως, θεϊκῶς, καθὸ λόγου & καθὸ ἀνθρώπου &c.

LXXXI.

Athan. lib. 4. de Trinit.

Nazianz. orat. 1. de filio.

Modum attributionis, quo naturarum propria tribuuntur personæ ab altera natura denominatæ, Patres vocant λόγον ἢ τρόπον οἰκονομίᾳς: Discrimen hoc lector attentius animadvertet in propositione Deus est passus: Si enim respicis ad naturam cuius proprium est pati, addenda est particula ἀνθρώπινως: Si ad modum attributionis ostendens, quare id quod humanæ naturæ est proprium, enunciatur de λόγῳ, addenda est interpretatio, non τῆς θεότητος φύσεως, ἀλλὰ τῆς ἐνώσεως οἰκονομίᾳς.

LXXXII.

11. Genus.

In secundo genere considerantur eadem idiomata naturarum, non prout singula suis naturis propria, & comuni personæ communia sunt secundum unionis οἰκονομίαν, sed quatenus ea ἡνωμένως agunt & operantur ad unum commune ἀποτέλεσμα, producendum.

LXXXIII.

Ideo gradum hunc κοινοπείσις veteres appellarunt, de quo nota

nota est Leonis Papæ regula, calculis Patrum Synodi Chalcedo- *Leo Epist. 10.*
nensis approbata: Agit utraq; natura quod suum est, cum commu- *ad Flavianū.*
nione alterius,

LXXXIV.

Hoc *κοινωνίας* genere iterum Ecclesia Nestorij & Eutycheis *usus secundi*
blasphemijs occurrit, huic quidem, dum confitetur, utramq; na- *generis.*
turam agere quod suum est, hoc est secundum naturalem agendi
proprietas, ea igitur absq; conversione Eutychea, integra in-
violataq; mansit: Illi verò, dum addit, hanc utriusq; naturæ
ἐν ἐγγύειον naturalē in effectū deduci cum alterius naturæ *κοινωνίας.*

LXXXV.

Hanc actionem *θεανδρικὴν* vocarunt Patres, in qua divina
aguntur humanitas & humana divinitus: Et huc pertinent o-
mnia opera Christi mediatoris, Regis ac Sacerdotis, ut, redimere
Ecclesiam, Act. 20. Conterere caput Serpentis, Gen 3. mundum
reconciliare Deo, 2 Cor. 5. Expiare peccata totius mundi, 1 Ioh.
2. colligere & defendere Ecclesiam, justificare, exaudire invocan-
tes, & vivificare, ubiq; adesse credentibus, totum mundū & crea-
turas omnes præsentis imperio gubernare, Resuscitare mortuos
in extremo die, & similia.

LXXXVI.

Et quia in operibus huius persona agit secundum utramq;
naturam, ratione tūm meriti, tūm efficacis, Humana verò natu- *usus tertij*
ra in eorum plurimis nihil ex suis naturalibus actionibus præsta- *generis cer-*
re potest (Quid enim ipsa ex se ad gubernationem totius uni- *nitur in se-*
versi, collectionem & defensionem Ecclesiæ, ad resuscitationem *cundo.*
mortuorum, &c. conferre potest?) ne in operibus mediatoris Ne-
storiana operationum divulsio, & *ἀποκλεισμάτων* distractio sta-
tueretur, quibusdam ad solam & simplicem divinitatem eius re-
strictis: Necessè fuit humanam naturam Christi *τῆς θείας ἐν ἐγγύειας*
& divinis *ἀξιωμασι* ditari & locupletari.

LXXXVII.

Hac ratione secundum genus communicationis idioma-
tum præsupponit humanæ naturæ Christi *ὑπερέψωσις*, tertio ge-
nere comprehensam ejusq; causam finalem, & usum in operibus
theandricis, & administratione officij regij & Sacerdotalis mon-
strar.

LXXXVIII.

Atq; hinc patet præter duo *κοινωνίας* genera, etiam tertium *3. Genus.*
in

In hoc mysterio necessariò agnosci debere, nisi hæreseos Nestorianæ crimen incurrere velimus: Quod naturæ humanæ ὑπερφωσίου & divinam ἐνέγγασα ex unione personali dependentem complectitur.

LXXXIX.

Naturarum Christi diversitas. Vt enim κοινωνία cuius mentio est in regula Leonis, rectè intelligatur, naturarum in Christo discrimen est attendendum: quarum altera ita comparata est, ut neq; in deteriorem neq; in meliorem statum ob æternam & simplicissimā essentiam transferri possit: Altera verò potestati creatoris subiecta ad conditionem superiorem evehi potuerit.

XC.

Con. Felicianum cap. II. In Sanct. Nativit. Vide Chemn. cap. 25. Hinc ortæ sunt Sanctissimorum Patrum sententiæ, κοινωνίας diversitatem manifestissimè indicantes, quarum duas tantum ex multis recitabimus; ut, Augustinus ait: Injuria sui corporis affectam non fateor Deitatem, sicut majestate Deitatis glorificatam novimus carnem. Basilii; Humana Domini caro, ipsa particeps facta est Deitatis, Propriam vero suam imbecillitatem non tradidit Deitati.

XCI.

Dial. 5. de Trinit. Et quia humana natura Christi est vivum & efficax organum omnium operationum Deitatis, non separatum ut Nestorius finxit, sed in personæ unitate subsistens: Ideo divinæ majestatis operationes λόγος per carnem & cum ea exercet, ut habet Athanasij regula: *Deus λόγος unitus homini non seorsim aut separatim ab humana natura edit miracula, sed pro sua bonitate, placuit illi per eam, in ea, & cum ea propriam suam divinam potentiam operando, exercere.*

XCII.

Testimonia de majestate Christi secundum carnem. Hoc ipsum Scriptura plurimis confirmat testimonijs, ut quando ait, omnem plenitudinem Deitatis in Christo habitare Col. 2. Christum oleo læticiæ præ consortibus unctum esse Ps. 45. Spiritu Sancto non ad mensuram donatum Ioh. 3. Glorificatum esse à Deo Patre ea gloria, quam habuit ab æterno Ioh. 17. Omnem illi potestatem in cælo & terra datam esse Matth. 28. Datam esse Christo potestatem æternam, Dan. 7. Christum sedere super solium David & tenere regnum æternum Luc. 1. Christum sedere ad dexteram Dei Marc. 16. Christum factum esse Domi

Dominum Act. 2. In Christo omnes thesauros sapientiae absconditos esse Col. 1. Potestatem judicandi omnes homines & occulta cordium in die novissimo Christo quatenus filius hominis est datam esse Ioh. 5. Christum ubiq; cooperatum fuisse Apostolis Marc. 16. Vbiq; in congregatione Ecclesiae adesse usq; ad mundi finem Matth. 18. & 28. praesentia & dominio suo omnia implere Eph. 1. & 4. Carnem Christi vivificare Ioh. 6. Christum adorari ab angelis Heb. 1. Exaltatum esse Christum & donatum illi nomen, in quo flectatur omne genu Phil. 2. Agnum qui occisus est accepisse δύναμιρ, πλῆτορ, σοφίαρ, ἰχὺν, τιμὴρ δόξαρ κί εὐλογίαρ Apoc. 5.

XCIII.

Atq; hic quasi in bivio erroris subsistit haereticorum insania: Si enim haec κοινωνία majestatis refertur ad divinam naturam Arianismus manifestè stabilitur, cum altissimus non possit exaltari: Si opera haec humanae naturae tribuuntur Physicè & naturaliter, Eutychniana confusio naturarum introducitur: Si operationum divinarum κοινωνία omninò carni Christi denegatur Nestorianae haereseos crimen committitur.

XCIV.

Si communicatio illa ad solam officij relationem refertur *Officij* manifesto ludibrio Spiritus Sanctus & Ecclesia Christi irridetur: *considera-* Consideratio enim officij & causae finalis non impedit aut tollit *tio non ever-* alteram illam, qua distinctè quid, secundum quam naturam *tit conside-* Christo ascribendum sit, docetur. *ratione na-*

XC V.

Nam ὁ λόγος natus est ex Virgine, passus, mortuus, resurrexit, ascendit in caelum, collocatus est ad dexteram Dei, ratione officij: Interim tamen rectè, piè & necessariò de singulis membris quaeritur, secundum quam naturam ea τῷ λόγῳ tribuantur: Ne praetextu stabiliendi officij naturarum veritas evertatur.

XCVI.

His omnibus orthodoxa Ecclesia opponit immotam veritatis normam, qua 1. κοινωνίαρ majestatis realem conficitur contra *Summa or-* Nestorium. 2. Eam τῷ λόγῳ non respectu naturae assumptis, sed *thodoxa sen-* ratione naturae assumptae factam praedicat contra Arium. 3. Eam *tentiae.* non Physicè per conversionem, transfusionem aut abolitionem alterius naturae, sed hypostaticè ad communem possessionem & usum factam credit, contra Eutychen. 4. Eam non sola officij relatione neq; putativè aut tantum declarativè, sed verè & realiter factam docet contra Sacramentarios. *Simi-*

XCVII.

Similitudinibus ab unione animæ & corporis, & ferri atq; ignis mysterium hoc illustrarunt sancti Patres. Alia enim enunciantur de corpore quatenus corpus est, alia quatenus est animatum, absq; tamen ulla substantiarum confusione: Ita alia de natura humana in se considerata, quatenus creatura est nobis $\sigma\upsilon\upsilon\delta\sigma\iota$, alia de eadem quatenus in hypostasi $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ subsistit, & ab omnib. individuis humanis differt, rectè prædicari possunt. Idem de ferro simplici & ignito iudicium esto.

XCVIII.

Proprietatibus
dissimilis
communicatio

Et quanquam in anima & igne attributa essentialia separari non possunt, tamen respectu uniti corporis non habent eandem rationem: Corpus enim animatum non fit spirituale propter animam, neq; ferrum, etsi splendet & urit, non tamen leve fit, aut movetur sursum, propter ignem: Ita etsi humana natura Christi divinis operationibus coruscat, non tamen infinita & spiritualis essentia est effecta.

XCIX.

Proprietatum enim divinæ naturæ non est una eademq; ratio, Alia mediatè de Christo secundum carnem enunciantur, alia in persona $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ $\alpha\mu\epsilon\sigma\omega\varsigma$ eidem tribuuntur, ut caro est vivifica, Mens Christi illustrata est sapientia æterna & spirituali.

C.

Deniq; longè alia ratione eadem operandi vis tribuitur divinæ Christi naturæ, videlicet per essentiam, alia humanæ, nimirum per unionis gratiam. Illa $\kappa\alpha\tau\alpha$ $\tau\omicron$ $\epsilon\iota\upsilon\alpha\iota$, hæc $\kappa\alpha\tau\alpha$ $\tau\omicron$ $\epsilon\chi\theta\eta$ est, & dicitur omnipotens: Neq; alia est divinæ naturæ, alia humanæ omnipotentia, sed una numero æterna atq; infinita, qua $\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron$ in carne, cum carne, & per carnem operatur omnia.

CI.

De triplici
statu Christi
secundum
carnem ratio-
ne officij.

Quoad exercitium majestatis discernit Apostolus tres status Christi secundum humanam naturam: *Primò* docet, in quo statu fuerit respectu ipsius $\nu\pi\omicron\sigma\alpha\sigma\iota\omega\varsigma$ & arcanæ $\kappa\omicron\iota\nu\omega\nu\iota\alpha\varsigma$ à primo assumptionis initio, videlicet *in forma Dei*, hoc est, in conditione omnipotentis & gloriæ.

CII.

Forma servi.

Secundò ostendit, in quo statu sponte sua esse voluerit Christus secundum humanam naturam, quod videlicet seipsum evacuavit,

carit, forma servi assumpta, hoc est, quodd usum potentiae & gloriae suae, qua in carne semper manifestè uti potuisset, retraxerit ὁ λόγος, ut non nisi particulari usurpatione ad arbitrium voluntatis emicaret.

CIII.

Tertiò docet evacuationi huic, passione & morte Christi terminatae, successisse ὑπερφωσίῃ Christi secundum naturam assumptam, cui post resurrectionem aliae quidem dotes ὑπερφυσικαί, *Duplex status gloriae.* communes cum aliorum resuscitatorum donibus accesserunt Phil. 3. Sed quoad μετάληψιν τῆς θείας ἐνεργείας, non aliena vel nova gloriae majestas est collata, sed aeterna illa & divina, prius *Instituta in* per unionem communicata, & haecenus ad tempus, ad nutum *expositione* Christi propter perficiendum redemptionis opus suspensa, plenè *fidei,* in ea se exeruit.

CIV.

Ex his quae haecenus commemorata sunt Nestorij error qualis fuerit, & quomodo cum orthodoxa sententia pugnet, *Nestorianismi confutatio.* judicari haud difficulter potest. Non enim sufficit ad personalem unionem nuda appellatio unius personae, aut unius filij, aut unius Domini: Neq; sola gestatio & sustentatio naturae assumptae in λόγῳ eandem definire, & ab alijs gradibus praesentiae discernere, potis est. Cum ea tantum ostendat, non quid ὁ λόγος actu personali & primo sit, sed quid actu secundo agat.

CV.

Neq; titulorum, operationum, dignitatum honoris & affectus communio, aut consensus voluntatis humanae & divinae *Unio Nestoriana.* in Christo, unitatem personae constituit, cum res ipsa manifestè loquatur, haec omnia non ad unitatem hypostaseos, sed ad secundum actum personae subsistentis pertinere.

CVI.

Carnem Christi vivificam esse quando negat Nestorius, contradicit tum manifestae assertioni Salvatoris Iohan. 6. Caro mea est cibus dans vitam mundo, tum evidentibus miraculis per contactum carnis Christi factis, tum institutioni Eucharisticae, in qua cibus hic salutaris ad vivificationem Spiritualem distribuitur.

CVII.

Quod ad communionem operationis divinae attinet, ea *Communis Nestoriana,* longe

Sup. thes. 82,
83, 84.
Marc. 16.
Act. 3.

longè alio sensu à Nestorio tradita fuit, quàm paulò ante in nostræ sententiæ explicatione est ostensum: Ille enim sensit τὸν λόγον in efficiendis miraculis usum esse opera Iesu filij Mariæ non aliter, atq; Petri & Iohannis. Hoc sensu hominem assumptum dixit fuisse divinitatis organum, & usum fuisse Spiritus Sancti operatione, tanquam aliena virtute est: Atq; in hac cõmunionem operis, personæ unitatem consistere arbitratus. Interim verò actiones ita dividebat inter λόγον & Iesum Mariæ filium, ut alia Deo tantùm, alia homini soli tribueret.

CVIII.

Nos verò κοινωνίαν divini operationis, effectum personalis unionis necessarium esse confitemur: Ita verò definiendam, ut ὁ λόγος opera miraculosa, conscia mente & consentiente voluntate humana, & communicata virtute per eam & cum ea verè effecerit.

CIX.

NB.
Regulas Lutheri.

Et in hoc negotio diligenter tenendæ sunt regulæ Beatissimi Lutheri: Actiones & passiones non sunt naturarum, sed personarum: Et, ad divisionem operum, necessariò sequitur divisio personarum. Id scholastici sic efferunt: Unum est principium, Quod, videlicet unus Christus, & una persona agens omnia: Duplex est principium, Quo, videlicet duæ naturæ, tanquam formæ duæ: Quia forma dat causam agendi. CX.

In anathematismi octavi defensione contra Orientales.

Eadem est religiosæ adorationis ratio, cuius honorem Nestorius ita Christo homini deferebat, ut eum cum Deo verbo adorandum & conglorificandum diceret: In quo rectè Cyrillus affirmat Nestorium particula σὺν manifestè unum Christum in duos dividere, perinde ac si dicam Petrum cum Iohanne adorandum esse. CXI.

Rom. 10, 14.

Ac meritò sanè ἀνθρώπου λατρείας fuit damnatus, eò quod Iesum Mariæ filium, quem verum Deum esse pernegabat, religioso adorationis cultu honorandum doceret. Adoratio enim fidè præsupponit in adorante: Omnè igitur cultum fiduciæ spei & timoris soli Deo debitum, Nestorius transtulit in personam merè humanam, contra expressa oracula Domini. Ego Dominus, gloriam meam alteri non dabo. CXII.

Isa. 42, 8.

Vide primam part. thes. 46

Deniq; dum τὸν λόγον non esse Pontificem & Apostolum confessionis nostræ pertinacissimè defendit Nestorius, simul sacerdotale Christi officium & Mediatoris partes, ob quas incarnatus est ὁ λόγος penitus evacuavit, Nam

CXIII.

Nam si Iesus Mariæ filius $\psi\lambda\delta\epsilon\zeta\ \acute{\alpha}\nu\theta\rho\omega\pi$ Θ fuisset, ex sententia Nestorij, certè sustinere onus ire Dei & pœnâ æternâ minime potuisset: Neq; illius obedientia activa & passiva infiniti fuisset meriti & valoris, neq; ad redemptionem humani generis quicquam omnino attineret. CXIV.

Infinitum bonum erat offensum: Infinita calamitas manebat nos omnes: Infiniti valoris $\lambda\upsilon\tau\rho\omega$ redimendi fuimus: Tale autem non potuit $\psi\lambda\delta\epsilon\zeta\ \acute{\alpha}\nu\theta\rho\omega\pi$ opera præstari: Causa hæc Dei humiliationem, passionem & mortem postulabat.

CXV.

Ideo scriptura disertè ait, Dominum gloriæ esse crucifixum, 1. Cor. 2. Dei sanguinem pro Ecclesia redimenda fufum, Acto. 20. Heb. 1, 3. Filium Dei per semetipsum purgationem peccatorum nostrorum fecisse. Rom. 8. Ipsum Dei filium nobis datum Esa. 9. mundo datum Ioh. 3. pro nobis in mortem datum esse, Rom. 8.

CXVI.

Alterum postremi erroris Nestoriani membrum, quod Christus Mariæ filius pro semetipso obtulerit sacrificium Deo Patri, omnino putidū est: Cum enim tot scripturæ testimonia Christum ab omni macula peccati liberent, Esa. 53, 9. 1. Pet. 2, 22. 1. Ioh. 3, 5. Ioh. 8, 46. 2. Cor. 5, 21. Heb. 7, 26. Cumq; sanctissima ejus conceptio per obumbrationem virtutis altissimi & operationem Spiritus Sancti, & unctio sine mensura facta, Christum qua homo est, perfectè integrum sanctumq; esse confirmet, Luc. 1. furor est, non error, dicere, Christum pro seipso victimam Deo obtulisse: Vbi enim offensio nulla est, sacrificio $\iota\lambda\alpha\sigma\iota\kappa\omega$ nihil est opus.

CXVII.

Quod ad Elipandi & Felicis opinionem attinet, negantium, Christum, qua homo est, rectè dici naturalem Dei Patris filium, ea duplicem potest habere sensum: Si enim ex quadam $\acute{\alpha}\pi\alpha\lambda\theta\epsilon\upsilon\sigma\iota\alpha$ hanc phrasin de naturarum discrimine usurparunt, hoc dicere volentes, Christū secundū naturā humanam non esse eiusdem cum Deo Patre essentiæ, neq; ab æterno ex S. Trinitatis essentia genitum: Mens quidem vera esset, oratio incommoda & ab $\upsilon\pi\omicron\tau\upsilon\pi\omega\sigma\phi\ \upsilon\gamma\iota\alpha\mu\omicron\nu\tau\omega\rho\ \lambda\omicron\gamma\omega\pi$ aliena, veteri dicto castiganda; *De errore Felicianorū vid. part. 1. thes. 11.*

corrigere linguā & retine mentē. CXVIII.

Sin autem personam Christi hominis respexerūt eamq; appellatione unigeniti & naturalis filij Dei spoliare ausi sunt tanquā



veri Nestoriani meritò sunt damnati. Atq; id etiam antithesis ab ipsis usurpata ostendit, dicentibus Christum qua homo est non naturalem sed adoptivum fuisse Dei filium.

CXIX.

Heb. 1, 4.

Eadem enim persona quæ ab æterno nomen filij Dei habuit per æternam generationem: In tempore idem nomen κενλιρονόμηκερ, hoc est, sortita & quasi hæreditate est adeptæ Sicut angelus inquit ad Mariam Luc. 1, Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.

CXX.

Non sunt autem duo in Deitate, aut in Christi persona filij, alter naturalis, alter adoptivus. Et quomodo per Christum qua homo est nos ceteri jus filiorum Dei capessere possemus Rom. 8. Si ipse sola adoptionis gratia rem & nomen hoc augmentum esset adeptus. Hoc pacto redemptionis opus & fructus penitus evacuaretur.

CXXI.

Iesuitarum
& Calvinianorum
confutatio.
Covenientia
cũ Nestorio.

Porro ex recitatione opinionum Nestorij & dogmatum Iesuiticorum & Calvinisticorum supra posita, lector attentus nullo negotio colligere poterit, quantum recentiores discipuli à Præceptore & Patriarcha suo Nestorio distent. Vtriq; fatentur se credere personalem unionem, & agnoscere unam in Christo personam. Vtriq; Unionem personalem per gestationem & sustentationem, tanquam specificam differentiam definiunt.

CXXII.

Ad hæc in neganda idiomatum communicatione reali, in allæosi defendenda, inq; adimenda carni Christi vivifica *σωτήριον* pariter omnes consentiunt. In errore detrahente officium mediationis Christo secundum utramq; naturam, Soli Iesuitæ cum Stancaro Nestorium sequuntur.

CXXIII.

Differentia
inter Nesto-
rium & Sa-
cramenta-
rios.

Hoc autem inter hos Seminestorianos atq; antiquum illum Nestorium inter est: Ille phrases quas reipsa veras non esse statuebat, usurpare noluit: Hi etsi omnem realem idiomatum communicationem simpliciter repudiant, Phrases tamen quasdam cum orthodoxa Ecclesia communes retinent, easq; veras esse per communicationem verbalem affirmant, atq; sic inanibus titulis, omni re vacuis & verborum præstigijs veritati fucum faciunt. Ille

CXXIV.

Ille non fuit ausus homini Christo gloriam religiosè adorationis detrahere, sed eam docèdo & præstaudo, maluit in alterâ peccare partè, & ἀνθρωπολατρείας accusari: Hi non erubescunt anathema dicere his, qui una eademq; λατρεία Christum Deum & hominem ita invocant, ut adorationem suam non ad solam divinitatem λόγος, sed etiam ad carnem Christi in unione & respectu unionis consideratam dirigant.

CXXV.

Ille non fuit ausus Christo homini divinam operandi vim denegare; Sed hanc concedendo maluit in alterum extremorum impingere, quæ Deo propria sunt, creaturæ attribuendo: Hi omnem divinæ ἐνεργείας κοινωσίαν realem Christo qua homo est detrahentes, malunt Christi humanam naturam ab executione præcipuorum operum Mediatoris remove, quàm confiteri, illi, etiam in hypostasi λόγος consideratè, divinam aliquam agendi vim personaliter competere.

CXXVI.

Qua ex collatione manifestè liquet Iesuitas & Sacramentarios in quibusdam quidem capitibus Nestorij opinionem corrigere: In plurimis eidem ὁμοψήφως esse, in hoc verò deteriores, quod quæcunq; ad Christi secundum carnem majestatem, operationem & honorem spectant majori conatu, quàm ille, oppugnant.

CXXVII.

Porro blasphemiarum, quas novi Nestoriani contra veritatem, & Christi hominis gloriam & majestatem evomuerunt, solidas & prolixas confutationes petant studiosi ex integris commentarijs: Nos hac vice capita præcipua supra recitata breviter repetemus, & quid in singulis ad amussim veritatis exactis desideretur annotabimus.

Vide partem primam thesè

50, 51, 52.

53, 54.

Tom. 2. VII. teb. fol. 265.

Heb. 1, 3.

Act. 17, 28.

CXXVIII.

Quod enim unionem personalem non communiōe ἰπὸ-σάσειω τῷ λόγος cum natura assumpta, sed gestatione & sustentatione veluti actu secundo definiunt, id hæreticissimè dici, quondam affirmavit Lutherus: Sustentat enim & gestat ὁ λόγος ὁ οὐ-μνια τῷ ἕματι τῆς δυνάμεως αὐτῆς: Et in ipso non minus quàm in Patre aut Spiritu Sancto nos omnes sumus, vivimus & move- mur.

F 3

Cumq;



CXXIX.

Cumq; gestatio & sustentatio creaturæ alicuius sit opus S. Trinitatis ad extra, & ex regula Augustini indivisum, hoc est, commune omnibus personis, si sola sustentatio definit specificam differentiam unionis personalis, nihil obstat, quo minus totam Trinitatem dicamus incarnatam.

CXXX.

pag. 79.
Dial.

Avertere telum hoc voluit Bilstenius novus majestatis Christi hostis, tali cōmento: Cœtera, inquit, sustentantur à tribus personis communitè: Humana Christi natura à solo λόγῳ & in toto sustentatur, & gestatur. Hanc enim differentiam constituit inter sustentationem universalem & personalem,

CXXXI.

An humana natura à solo λόγῳ sustentetur.

Sed unde probabit humanam Christi naturam à solo λόγῳ & non à Patre aut Spiritu Sancto sustentari, ne in nihilum redigatur? Quo scripturæ testimonio? qua Sanctorum Patrum autoritate? Imò contrarium demonstrari potest ex Trinitatis articulo, ex Christi secundum carnem conceptione, resuscitatione ex mortuis & exaltatione ad dexteram Dei, unctioe stupenda, donatione omnipotentia & gloria, quibus in operibus Deo Patri & Spiritu S. certæ partes tribuuntur. Luc. 1. Phil. 2. Rom. 8. Et in historia passionis Christus ipse se à Patre sustentati petit Ps. 16.

CXXXII.

Personari igitur ac terminari humanam naturam à solo λόγῳ affirmamus: Sustentari verò & gestari ne redigatur in nihilum communi totius S. Trinitatis opere ad extra. Toto enim genere differunt subsistentia & sustentatio, quarum illa ad actum primum personæ, quatenus talis est, hæc ad actum secundum, quatenus agit, est referenda.

CXXXIII.

Sed quid illud monstri est, quod Bilstenius garrit à toto λόγῳ gestari humanam naturam: Num reliquas creaturas ab ali-
An humana natura à toto λόγῳ gestetur.
qua illius particula gestari somniat? cum ὁ λόγος sit Spiritus æternus infinitus & ἀμείριστος, partem extra partem non habens.

CXXXIV.

Postremò fingere Christum æque falsum est quando de personalis unionis specifica differentia quæritur, hominem θεοφόρον, vel Deum ἀνθρωποφόρον. Nestorius dicebat Christum esse hominē qui ferret Deum, Sacramentarij autem Christum esse Deum qui susten-

Vide can. quintum Ephesin. concilij.

susten

Sustinet & gestet hominem. Illud autem ferre, gestare nō est esse Deum vel hominem. CXXXV.

Etsi enim patrum quidam ante Nestoriana certamina, ut Ignatius Epistola ad Smyrnenses, appellarunt Christū θεὸν σαρκοφῶρον, Et carnem Christi σάρκα θεοδέχορον & θεοφῶρον: Tamen his appellationibus (postea in Nestorio improbaris.) non actum primum personalem, sed actum secundum exprimere voluerunt: Quemadmodum de anima humana rectè dicere licet quod gestet corpus suum, neq; tamen hoc ipso forma unionis essentialis definitur. Neq; enim ideo anima informat corpus, quia illud gestat, sed è contrario ideo illud gestat, quia informat.

CXXXVI.

Secundum caput Nestoricoalvinismi concernit τὸ λόγος in carne in habitatione, & naturæ in ὑποστάσει λόγος præsentiam, quam Sacramentarij unico istius loci spacio, in quo caro Christi naturaliter est, definiri & terminari distant. Imò ausi fuerunt eorum aliqui scribere, quod esse in loco & subsistere in λόγῳ Reipsa unū sint, tantūq; differat ratione. CXXXVII.

Oritur hic error ex præcedenti de gestatione & sustentatione: Ut enim ὁ λόγος gestans & sustentans Petrum Apostolum simul totus est extra Petrum ubiq; , neq; ex hac gestatione rebus sustentatis alius præsentia modus comperit, Ita fingunt carnis Christi eandem esse rationem. CXXXVIII.

Hunc errorem produnt similia, quibus mysterium hoc illustrare conantur adversarij: dum unionem τὸ λόγος cum assumpta natura comparant unioni quæ est inter Antuerpiam & Oceanum, Solem & suum orbem, Gemmam & anulum: Vbi manifestum est tantum unius partis συναφείας unionem terminari.

CXXXIX.

Sed hoc quàm sit impium & ineptum, piam mentem nullo negotio intelligere arbitror. Cum enim ὁ λόγος non sit quiddam mole magnum, cuius pars aliqua sit hîc, altera alibi, sed sit in seipso absolutissimum perfectissimumq; ens, totum præsens ubiq; & implens omnia, atq; minimo corpore minus, & maximo majus, manifestissimum est huiusmodi partium dimensionem aut extensionem, qualem fingunt adversarij, in simplicissimam essentiam τὸ λόγος minimè cadere. CXL.

Cumq; toto genere differat præsentia & inhabitatio τὸ λόγος
in

*Athanasius
Nyssenus.*

*Unio quam
Calviniani
docent est
localis.*

*Absurda si-
militudines
unionis.
Vide collo-
quium Maul-
brunnense.*

in assumpta carne ab alijs gradibus præsentia Dei, & unio hæc in
omnem æternitatem ἄλυτος sit, nullaq; locorum admittat διαστί-
ματα: Et non existentia τῷ λόγῳ extra carnem, sed personæ κοι-
νωία, & quæ ex ea oritur inhabitatione totius plenitudinis
Deitatis in carne definiatur: Quis non videt figmento Calvinia-
næ combinationis nudam παρρησίαν Nestorij stabiliri, & Chri-
stum dissolvi in duas personas, in λόγον præsentem extra carnem
& sine carne, & in λόγον vestitum carne.

CXLI.

Fons erroris hujus est, quod carni Christi nullum alium
præsentia modum præterquam naturalem & localem compete-
re posse sentiunt: Quem tamen quicumq; Nestoriani esse & ha-
beri nolunt, velint nolint agnoscere & confiteri necesse habent.

CXLII.

*Duplex car-
nis Christi
præsentia.*

Vt enim humana natura Christi respectu essentia suæ mem-
brorū circūscriptione & dimensione terminata est, secundū quam
in loco fuit localiter & circumscriptivè, ita respectu subsisten-
tiæ personalis, qua nobis est dissimilis & non in se, sed in filij Dei
persona infinita ac spiritali subsistit, in qua non creato aut finito,
sed increato & infinito termino clauditur, alium præsentia mo-
dum habet. Localiter enim in λόγῳ subsistere nullo modo po-
test, cum in simplicissima τῷ λόγῳ ὑποστάσει nulla sint locorum
intervalla.

CXLIII.

Supra loci igitur respectum, imò extra & supra omnem
creaturarum omnium conditionem & mentium humanarum
captum, elevata est natura Christi humana per assumptionem in
hypostasin τῷ λόγῳ, & totus ὁ λόγος, quem mundus totus non
capit, omni suæ Deitatis plenitudine habitat, in carne assumpta
totus & totaliter: Quæ hinc τῷ θεῷ συνέθετο facta in consor-
tium divina hypostaseos recepta, alium (propter localem & na-
turalem) præsentia modum sortita est personæ divinae compe-
tentem.

CXLIV.

Non est quidem ὁ λόγος carni inclusus, & naturarum re-
spectu divina est infinita & omnipræsens, humana est finita &
partium dimensione circumscripta: Veruntamen quia ὁ λόγος
carnem extra loci statum in illocalem suam hypostasin, absque
ullo

ulla abolitione essentialis assumptis, ideo eadem nihil in toto urbe us-
piam locorum presentius habet. CXLV.

Neminem igitur moveat calumnia adversariorum, qui hanc
personalem carnis Christi presentiam transformant in ubi-
physicam, & si agunt eam veritatem carnis Christi everti: Sicut enim
in carne Christi distincte consideranda sunt, Natura finita & cir-
cumscripta, & hypostasis τὸ λόγος infinita, in qua caro terminatur
& subsistit: & hæc duo non tollunt se mutuò aut evertunt: Ita
quoque naturalis, localis & finitus carnis positus, illocalem ejus-
dem presentiam in hypostasi τὸ λόγος non tollit vel evertit. Hæc
enim duo disparata diverso respectu, ex naturæ & hypostaseos dif-
ferentia resultante, uni eidemq; carni Christi tribuuntur.

*Personæ
lis omni-
presencia
carnis
Christi nō
tollit lo-
calem.*

CXLVI.

Tertium caput renovati per Sacramentarios Nestorianismi,
Allœosin & communicationem verbalem concernit, quam olim
Lutherus Diaboli larvam haut immeritò appellavit. In propositi-
onibus enim, Deus est passus, Caro Christi est vivifica, Homo est
omnipotens &c. prædicata de naturis realiter enunciari arbitran-
tur, de persona non realiter, sed verbaliter & per allœosin.

CXLVII.

Si Patres Ephesini Calvinianis opinionibus imbuti fuissent,
καὶ οὐκ ἔστιν hac litem Nestorianam facillimè, Nestorio consentiente,
dirimere potuissent, dicendo, in propositionibus controversis, De-
us est natus ex virgine, passus, mortuus &c. nihil esse reale, sed so-
lam nominum permutationem, hoc sensu: Humanitas Deitati uni-
ta est nata ex virgine, passa & mortua: Quam declarationem Ne-
storius citra omnem contradictoriã utraq; manu fuisset accepturus.

*Bezacont.
coll. Mōp.
p. 183.
Busæus
contra
Gerlach.*

CXLVIII.

Est quidem particulæ distinctivæ, καὶ τὸ ἄλλο, usurpatæ à Da-
masceno is usus in primo genere, ut ostendat cujus naturæ proprie-
tas sit in prædicato: Verum non tantum est inquirendum de natu-
rarum propriis, sed etiam ostendendum quomodo ea uni personæ
compensatæ verè & Realiter, competant: Quæ enim naturis reali-
ter, hoc est, physicè, ea Personæ Realiter, hoc est hypostaticè com-
petunt. Atque ita naturarum asserenda veritas, ne personæ labefa-
ctetur unitas.

CXLIX.

Ideo graviter accusat Lutherus Zuinglianos, quòd allœosi
sua totum redemptionis nostræ mysterium evertant, dum passiones
&

G

&

& mortem Christi soli naturæ humanæ realiter, Personæ verò tantum verbaliter ascribunt: Ex quo quid aliud sequitur, quam Christi mortem esse puri hominis mortem, quæ cetera quadam loquendi formula (sine tamen rei veritate) Deo tribui possit? At $\psi\lambda\lambda\acute{\alpha}\ \acute{\alpha}\nu\theta\epsilon\omega\pi\alpha$ passionibus, morte & obedientia, infinita vis divinæ iræ & calamitatum nostrarum expiari tollivè minimè poterat: Hoc ut fieret, Deum pati & mori necessum erat, Qui eadem de causa homo fieri voluit, ut in natura assumpta pati & mori posset, non verbaliter, & secundum dici, sed verè & realiter.

CL.

Huc spectat anathematismus Cyrilli quartus, qui Nestorij & Sacramentarium allœosin, disertis verbis rejicit. Nestorius quidem diversa prædicata inter filium Mariæ & $\tau\omicron\nu\ \lambda\omicron\gamma\omicron\nu$ dividebat vocabulis utens concretis: Calviniani verò eadem prædicata inter diversas naturas vocabulis abstractis denotatas dividunt, Personæ verò cui revera competunt omnes actiones & passionibus, nihil Realiter attribuunt, sed inanes titulos sine rebus.

CL I.

De carne vivifica.
Suprà ch. 106.
Quartum caput Sacramentarij erroris, negans communicationem divinæ $\kappa\omega\mu\mu\upsilon\gamma\iota\alpha\varsigma$, factam carni assumptæ per & propter intimam naturarum $\pi\epsilon\pi\iota\chi\omega\mu\epsilon\iota\upsilon$, ex qua carnis Christi vivifica vis dependet, suprà brevibus est explicatum in confutatione dogmatum Nestorianorum.

CL II.

Ioh. 3, 34.
Act. 10, 38
Quid enim de communicatione æternæ sapientiæ & omnipotentiae (non quoad physicam inhaerentiam, sed quoad personale possessionem & usum communem) potest dici illustrius, quam quod Iohannes inquit, Christo non fuisse datum Spiritum ad mensuram: Quod Petrus ait, Christum unctum fuisse Spiritu Sancto & virtute ad sanandum omnes oppressos à Diabolo.

CL III.

Ioh. 5, 27.
Salvator ipse ait, Sibi datam esse potestatem iudicandi totum terrarum orbem, omniaq; occulta cordium quatenus filius hominis est: Is verò actus citra omnem dubitationem requirit non modo plenariam officij potestatem atque auctoritatem, sed insuper scientiam æternam & infinitam, in agnitione & dijudicatione omnium cogitationum & actionum humanarum, & potentiam infinitam, in decisione & executione latæ sententiæ.

CL IV.

Et quia imperium totius universi commissum est Christo, quatenus

quatenus est filius hominis, exaltatus in dextera Dei, necessario eidem simul cum officij potestate, divina vis & facultas hoc ipsum exequendi communicata est, quam numero unam & aeternam humana Christi natura non in se, sed in hypostasi aeterna & divina possidet ad communem usum.

CLV.

Sextum caput oppositum gloriosae adorationi Christi secundum carnem, totum horribili impietate & blasphemia laborat, indeque veluti ex unguibus leonem agnoscere licet autorem talium disputationum contra Christi, qua homo est, majestatem divinam, nimirum juratum illum hostem seminis benedicti & antiquum draconem, Christi adversarium.

De adoratione Christi qua homo est. Gen. 3.

CLVI.

Quid enim opus est in re tam clara multis argumentis: a primis Christianae religionis initijs vix aliqui heretici extiterunt, qui negare ausi fuerint, Christum secundum carnem esse religiosae adorationis objectum: Sacramentarij vero non modo negant hoc ipsum, sed in super anathema dicunt invocantibus.

CLVII.

Causam si quaeris tantae impietatis, facile invenias, licet: Vident homines acuti concessa adorationis majestate necessario simul personalem *νοτιωσιαν* omnipotentiae, omniscientiae & omnipraesentiae concedi oportere: Si enim Christus qua homo, est invocandus, utique etiam cognoscet invocantium corda, aderit eis, & opitulabitur, alioqui inanis esset invocatio.

CLVIII.

Sed scripturae vox quaestionem hanc tam clare determinat, ut ad eam lucem nihil addi possit: Philip. 2, 9. ubi honor & cultus adorationis Christo ex gratia concessus dicitur. Quod nullo colore ad Christi divinitatem vel naturae officij respectu referri possunt adversarij.

CLIX.

Ideo Canon Ephelinus *una adoratione* Emanuelem honorari & unam illi glorificationem, sicuti Verbum caro factum est, adaptari oportere docet. Et hoc exempla piorum, Christum Davidis filium religiosè invocantium liquidò demonstrant.

Anath. 3.

CLX.

Est autem Christi humana natura objectum adorationis religiosae non ex suae naturae vi, sed ex hypostasi *λογος*, & quatenus

G. 2

in ea

in ea subsistit: Invocatio enim non ad naturas separatim, sed ad personam in duabus naturis subsistentem dirigitur.

CLXI.

*De officio
mediato-
ris.*

Postremum caput renovati Nestorianismi per Stancarum, Bellarminum, & alios fraterculos istius novæ conspirationis, quæ non sine divini nominis blasphemia, se societatem Iesu appellat, agit de quæstione: An Christus non tantum secundum humanam, sed etiam secundum divinam naturam sit noster Mediator, Pontifex & Apostolus confessionis nostræ. Nestorius, Stancarus, Iesuitæ negant: Christiani omnes affirmant.

CLXII.

*Thef. 112.
part. se-
cundæ.*

Fudamenta affirmativæ nostræ supra Nestorio opposita sunt, quæ sibi quoque dicta & scripta meminerint adversarij Iesuitæ; Quibus unicum hoc saltem colophonis loco adijcimus. Dicitant Iesuitæ Christum secundum divinam naturam partem læsam esse, & neminem Mediatorem sui ipsius esse posse: Sed non distinguunt duplicem Christi respectum, secundum quem aliàs ut unum cum Patre consideratur, aliàs officij respectu, ut persona missa, quo respectu ipsi & obedientia & Mediatoris officium tribuitur.

CLXIII.

Hinc Apostolus inquit 2. Cor 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians (εαυτῷ) sibi ipsi. Et Augustinus rectè scriptum reliquit, Divinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine divinitate non est mediatrix, sed inter divinitatē solam, & humanitatem solam, mediatrix est humana divinitas, & divina humanitas.

Te Iesu Christe fili Dei & hominis, qui sedes ad dextram Patris, & clementer colligis, potenter defendis & benignè exaudis Ecclesiam tuam, toto pectore oramus, ut veritatem doctrinæ cælestis omnibus partibus integram atq; incorruptam apud nos serves, errantes in viam revoces, & blasphemias hostes majestatis tuæ confundas & evertas, ut illustretur gloria nominis tui & Ecclesia ab hostibus gloriæ tuæ liberata, te in hac & futura vita æternum celebret, Amen.

SOLI DEO GLORIA.

Habebitur disputatio publicè hora septima
die 28. Novembr.







65 966

AB 65966

VD 17

ULB Halle
001 972 804

3




Kopft die ganze
Baukt

1/6.9.88

Sb.


Retro ✓





Handwritten text on the spine of the book, including names and possibly dates or titles, such as:
Humboldt
Rab...
Humb...
Ann...





DISPUTATIO
DE DVARVM
NATVRARVM CHRISTI VNIO-
NE PERSONALI, EIVSQUE
EFFECTIS

Opposita
*Nestorianorum & Eutychianorum veterum
& recentium erroribus.*

Cujus positiones, divina adjuvante gratia
Præside,

DAVIDE RVNGIO, SACRÆ
THEOLOGIÆ DOCTORE
& Professore in Academia Witeber-
genſi, defendet.

M. JOHANNES HUSVVEDELIUS,
Hamburgensis.

Die 28. Novemb. hora & loco consuetis.



WITEBERGAE,
Apud Paulum Helvvigium Bibl.
Anno M. DC.

6.9.

